


H-E  
5  
23

Sala JI  
Gab. 5  
Est.  
Tab.  
N.º 1



H-E  
5  
23

OPUSCULUM  
DE  
**PRIVILEGIIS**  
FAMILIARIUM, OFFICIALIUMQUE  
**SANCTÆ INQUISITIONIS**  
DESIDERATISSIMUM,  
EDITIO TERTIA, NOVITER, ET A DAMASSIM CORRECTA,  
REGIMINE FISCI AUCTO,  
IN QUO

**TOTA FERE PRIVILEGIORUM MATERIA**

exaratur, & omnium Privilegiatorum jus genericè, & specificè examinatur, pleneque discutiuntur privilegia omnia Familiarum, Officialiumque Sanctæ Inquisitionis, Senatorum, monetariorum, scholasticorum, & Viduarum, & aliorum; potestas etiam eorum Conservatorum ventilatur, & plures aliæ Juris materiae involvuntur.

AUTHORE  
**DIDACO GUERREIRO**  
CAMACHO DE ABOYM,

Auriquensi Sanctæ Inquisitioni Familiari, ejusdemque Fiscitam Eborense, quam Conimbricensis Judice, & in Portuensi Senatu Senatore, tribus beatis Jamis Apostolicis inquisitoribus:

**DOMINICO**  
PATRIARCHÆ,  
**PETRO VERONENSI,**  
ET PETRO CÆSAR-AUGUSTANO.

*V. Cruz*  *de Coimbra*

**ULYSSI PONE.**

Ex Officina BERNARDI ANTONII DE OLIVEIRA,  
& suis expensis elaboratum.

Anno Domini M. DCLIX.

Cum Superiorum permisso, ac Privilegio.





# LECTORI,

Qualemcumque Sors ambigua tullerit.

**C**um per spatum undecim annorum tam in Eborensi, quam in Conimbricensi Sancta Inquisitione munus judicis Fiscalis, & Conservatoris familiarium Sanctae Inquisitionis exercui, & exerceo, multa mihi circa familiarium privilegia dubia decidenda, & resolvenda occurrisse, coactus fui magno cum labore perquirere jura, & D.D. quibus hujusmodi jurgia, & contentiones inter juris metas legitimè resolvere possem: nam licet assatim omnia per iurium decisiones, Doctorum resolutiones, & traditiones provisa sint, tamen adeò dispersa, & vaga omnia in nostro latissimo Juri campo inveni, ut ab evolvendis, & revolvendis libris labore, & sudorem maximum effugere, ac evitare minimè valuisse, & nè multoties eundem ferrem laborem; siquidem ad tenendum, & servandum non est avara, sed prodiga hominum memoria, in animum duxi scriptis mandare omnia, quæ apis matutinæ more per nostri juris viretum, seu viridarium laboriosè, & diligentissimè libavi, nam si magno Augustino fidem adhibemus, prout libenter damus: *Studentium labor sine scripto nihil aliud est, quam vento pulverem mittere.*

Flores, quos, cogente necessitate, ex nostri juris viridario, quasi invitus decerpi in unum fasciculum, si non docto, laboratoque calamo, haud invito animo libens construxi, ad fugiendum in futurum laborem, ad evitandos in futurum errores, in quos me sœpè ex defectu scientiæ cecidisse aliquando ingenuè fateor! & cum stultorum, ignorantiumque infinitus potius, quam scientificorum sit numerus, justè pertremiscor, alios etiam ignorantiae tenebris involutos successores in officio habere possim, quibus tanquam hæredibus non tantum officium, & locum non invitus gratis relinquo, sed etiam opusculum hoc de *Jure Familiariū, Officialiumque Sanctæ Inquisitionis*, veluti legatariis prälego; eo tamen onere, ut si illud habere velint, illud emant: onus quidem leve; nam si vobis legato gravius videbitur, nemo vos illud emere coget: & cum *Wenio lib. 2. Epigr. 1.* vobis dico.

*Sat mibi sunt pauci lectors; est satis unus:  
Si nemo me legat, sat mibi, nullus erit.*

Dicit-

Deinde quæ in pueritia didici, in juventute exercui, in trigessimo septimo  
meæ ætatis anno vos doceo Hugoni assentiens, qui de Clauſt. animæ lib. I. aſſerit, quod Scientiæ labor intra diuiditur. ſcilicet laborem disciplinæ, exercitii, & doctrinæ; in pueritiæ labor disciplinæ, in juventute exercitii, in ſeniori di-  
ctrinæ, ut quæ nescit, in pueritia dicitur, quæ didicet, in juventute ad uſum  
ducatur, quæ ad uſum duxerit, in ſeniori doceat, Lege librum, & de illo judicial  
& ſicut Plin. libr. 8. Epifolar. de quodam dixit, ibi: Legi librum omnibus  
numeris abſolutum, cui multum apud me gratiæ amor ipsius adjecit, judi-  
cavi tamē, nec enim ſoli judicant, qui malignè legunt; dic: Legi librum, &  
quamvis eum non omnibus numeris abſolutum inveni, nullus eſt liber tam mal-  
lus, quin ex aliqua parte proſit, nec tam bonus, quin ex aliqua parte noceat,  
& aliqua uenia, & diſſimulatiōne non indigeat.

Et ſi quid crudum acerbum vè, Ingenui, lector, hic in privilegia notatum  
inveneris, ſit tibi ſatis illud prorsus non ignorare, quod dixit Martial. lib. 10.  
Epigram. 30.

*Hunc ſervare modum noſtri novere libelli.*

*Parcere personis dicere de vitiis.*

Nec hoc noſtrum opuſculum brevitatis notā obumbres; tum quia brevitatis  
non paucas laudes inuenies; tum quia melius eſt brevitatis dulcedine lectores  
alicere, quam multis inutilibus, & ſtultis homines prægravare: judicio We-  
nii lib. 3. Epigram. 168.

*Noſtra tibi brevitas ignavia forte videtur,*

*Crede mihi, labor eſt non leuis eſſe brevem.*

*Non facio ut multi, qui multa, & ſtulta loquuntur;*

*Sermo meus ſtultus forte, tamē brevis eſt.*

Si verò propter invidiam noſtra opera ferre non poſſis, hoc iſpum appeto; quia

*Individiosus ego, non invidus eſſe labore.*

Sed tu deponere invidiam, & memento te moriturum, ut illa tantum tibi ap-  
petenda ſint, & ſummoperē diligenda, quæ nec inventa tranſeunt, nec adepta  
deficiunt; hinc:

*Mors tua, mors Chrifi, fraus terræ gloria Cœli,*

*Et dolor inferni ſunt meditanda tibi.*

*Vive diu, ſed vive Deo, nam vivere mundo*

*Mortis opus, vera eſt vivere vita Deo.*

Et adverte cum quodam Christiano poeta, quod illam messem tempore mor-  
tis habebis, quam in vita ſerveris;

*Quod ſibi quisque ſerit praesentis tempore vita,*

*Hoc ſibi messis erit dum dicitur, ite, venite.*

*Judicis in lite brevis eſt vox, ite, venite.*

*Dicetur reprobis ite, venite probis.*

Scientiâ gloriari non debes, niſi Christi Domini Scientiâ gloriaberis:

*Nam ſi Christum diſcis, ſatis eſt, ſi cætera nescis,*

*Si Christum nescis, nihil eſt, ſi cætera diſcis.*

*Quid*



TRIBUS BEATISSIMIS  
APOSTOLICIS INQUISITORIBUS,  
**DOMINICO**  
Patriarchæ,  
**PETRO VERONENSI,**  
ET PETRO CÆSAR-AUGUSTANO.



ONDUM mente concepi de Prive-  
legiis Familiarium , Officialiumque Sandæ In-  
quisitionis opusculum hoc exarare cum illud vobis ,

\*

ò tres

ð tres Beatissimos Apostolicos Inquisitores , ipsâ ope-  
ris cogente , & suadente materiâ , consecrare  
decrevi ; nam cui opus de Privilegiis Familia-  
rium Officialiumque Sandæ Inquisitionis æquo , ac  
pari jure dedicare poteram , quâm tibi , ò magne  
Dominice , qui illos ad capiendos , inquirendosque  
Hæreticos primus omnium erexisti , & qui Protho-  
inquisitor Generalis fuisti ; cui , nisi tibi ò Beate  
Petre Veronensis , qui inquisitionis Generalis mu-  
nus subeundo adeò contra Hæreticos strenuè dimi-  
casti , ut vitam in manibus Hæreticorum pro Fidei  
defensione dare minimè timuisti : cui , nisi tibi , ò  
Beate Petre Cæsar-augustane , qui in Regno Ara-  
goniæ Apostolicus Inquisitor creatus in obsequium  
Fidei vitam Deo tradidisti in manibus perfidiorum  
Judaeorum ?

Accipite ergo , ò magni Saerosandi Tribu-  
nalis Sandæ Inquisitionis Protho-parentes , hoc opus-  
culum de privilegiis vestrorum Familiarium , Of-  
ficialium , ac militum agens , illud , & Authorem  
suum à calumniantium injuriis , & impetu prote-  
gite ; & minimum hunc vestrum Familiarem , ac  
indignum militem docete , erudite , ac exercete ,  
ut sicut in terra sub vexillis vestris merui milita-  
re , ita in Cœlo sub signis vestris in matricula cœ-  
lestialium

lestialium militum in æternum describi valeam ;  
ad quod tu, Dominice, Patrem Deum ora , ut po-  
tentia suâ me defendat : tu, Petre Veronensis , Fi-  
lium Deum roga , ut scientia suâ me erudiat : &  
tu , Petre Cæsar-augustane , Spiritum Sanctum  
Deum exora , ut amore suo me inflammet , ut Deus  
Pater , & Deus Filius , & Deus Spiritus Sanctus ,  
vera Trinitas , & unus Deus Omnipotens faciat  
sic me illi in hac mortali vita servire , & bona ,  
ac opera mea ita ad ejus servitutem impendere ,  
ut in altera vita perpetua libertate fruar , & in  
communi domo , in qua mansiones multæ sunt , pa-  
triâque cœlesti divino ejus aspectu in æternum gau-  
dere valeam cum Sanctissimis meis Patronis , à  
quibus instanter peto , ut sic orent , rogent , & exorent .  
Et fac , Trinitas Sanctissima , meritis patronorum meo-  
rum , ut tuâ gratia perveniente , assistente , &  
subsequente sic in præsenti vita vivam , ut in fine  
bujus transitoriæ vitæ meæ , vitam inveniam in  
amore tuo sempiternam , & tandem cum electis tuis  
hanc sententiam proferri audire merear : Venite  
Benedicti Patris mei , possidete Regnum  
vobis paratum à constitutione mundi , de quo  
Math. cap. 25. quod mibi , cæterisque ob tuam  
misericordiam , & merita amarissimæ passionis

*Christi Domini ; deletis peccatis meis , concedere  
dignetur JESUS Christus ; Nam :*

Non sum læta seges , lilyum suum triste , ied oro  
Metamen in messem collige , Chrifte , tuam .  
O' arbor vitæ sine te sumus arida ligna ;  
Sed tibi conforti , florida palma sumus .

*Ad te igitur , Domine Deus Trinus , & Unus ,  
tanquam ad fontem vitæ recurro , ego qui vulnera  
fustineo , plagas sentio , atque infinitis miseriis , seu  
peccatis voluntariis sauciatus sum , ut te ad com-  
passionem , & misericordiam commoveam . Nullus  
enim misericordiæ subditus est , nisi qui miser est ,  
respice me Domine nunc in tempore opportuno ocul-  
lis misericordiæ tuæ , ut hoc tempore moriar mun-  
do , moriar carni , moriar mibi ipsi , & tibi soli  
vivam , intercedentibus beatissimis patronis meis .*

LE-

*Quid juvat scire, atque revolvere casus,  
Si fugienda facis, & facienda fugis.*

Non minus laudes tuas quam vituperationes, ludibria, risus, detractiones, & obtracciones contemno; quia:

*Quidquid erit tandem? mea spes unica Christus.*

*Huic vivo, huic moriar, cetera curio nihil.*

*Quid valet hic mundus, quid gloria, quidve triumphus?*

*Post miserum funus, pulvis, & umbra sumus,*

*Quid sumus o miseri, nisi pulvis motus ab aura;*

*Et fragili vitrio similes, umbra que fugaci,*

*Atque rosis, quae manè vigent, mox vespere languent;*

*Nunc vivi, atque hitares paulo post vermibus esca,*

*Nunc pulchri, & validi, paulo post turpe cadaver?*

*Heu mihi! quid prodest congesta pecunia nobis?*

*Fatalis instat hora cuique: serius,*

*Vel ocios calcanda est mortis via,*

*Est commune mori, mors nulli parcit honori,*

*Dives, & fortis veniunt ad funera mortis*

*Serius, aut citius metam properamus ad unam.*

Ideo nec laudes tuas desidero, nec detractiones timeo, sed sumè appeto Christi Domini esse comitem, quo duce, & comite habito

*Terra fremat, regna alta crepant, ruat orbis, & ortus,*

*Cui comes est Christus, nulla ruina nocet.*

Tu (lector) cogita veritates has, &

*Vive Deo gratus, toto mundo tumulatus,*

*Crimine mandatus, semper transire paratus.*

Desine maledicere, quia contra charitatem est, & nolli absens mihi esse contrarius, cum praesens mihi te benevolum esse ostendere procurabis, &

*Si quid forte facis, quod me spectante ruberes.*

*Cur spectante Deo, non magis ipse rubes?*

Invidia est enim quædam arbor, cuius radix est malevolentia, cuius frondes ira, & odium, cuius flores irrisio, & deriso, cuius fructus æmulatio, & detrac-  
cio, cuius filia livor, & palor, & quem aspicit, despicit, & quem despicit, interfecit, ac corrumptit. Est avis, quæ

*Omnibus involitat furiosa calumnia terrris,*

*Et vacuum de se non sinit esse locum.*

Cujus arboris umbram, cuius avis calumniam nemo placare potest, nisi virtute relicta: justa illud

*Invidiam placare potest virtute reliqua.*

Quia cæca invidia est, ne quicquam aliud scit, quam virtutes detrectare, ho-  
nores, & præmia corrumpere.

Unde si his monitis monitus adhuc contra me inveheris nihil mihi tibi dicere restat; quam

*A nostris igitur discede, Zoile, musis,*

*Nil morsus rabidos, Zoile, curo tuos.*

*Nil mibi nasuti noceat, tu livor abesto,*

*Et tua fac melius si potest invidia.*

*Quae potui, feci, sed qui plura requirat,*

*Consulat ingenio, qui meliora valet:*

*Feci, quod potui, potui quod Christe, dedisti,*

*Improbè, fac melius, si potes invidia.*

Quæ omnia tibi dicere mihi opus non erat, si memoriæ certitudinem mortis, ac Judicij comendares, incertitudineque bonæ, vel malæ sententiæ oblivioni non traderes: sed quia

*Sic vivunt homines, veluti mors nulla sequatur;*

*Aut velut infernus, fabula nulla foret;*

*Aut velut in superis gloria nulla foret.*

Oportet, iterum, atque iterum contra hujusmodi mala clamitare, & scripta in lucem dare, quo est tota causa

*Cur crescant, quæris tot ubi volumina juris?*

*In promptu causa est; crescit ubique dolus.*

Ut unusquisque nostrum lacrimose diebus, ac noctibus relictis vanitatibus mundi tria illa cogitet, de quibus sic in Epithaphio scriptum est: *Tria sunt, verè, quæ me faciunt flere; primum quidam durum, quia scio me moriturum, secundum verè plango, quia moriar, & nescio quando; tertio autem flebo, quia nescio ubi manebo:* quare recte cum poeta te moneo.

*Quisquis amas mundum, tibi prospice, quo sit eundum:*

*Hæc via, quæ vades, via pessima, plenaque cladis.*

*Vive memor mortis pascendis vermisbus esca:*

*Vana fuge, & soli quære placere Deo*

*Et multa, licet sapias, non dēsignare doceri!*

*Quis, nisi mentis inops, omnia scire putet!*

*Vale.*

# TABELLA

## CAPITUM, QUÆ IN HOC OPUSCULO CONTINENTUR LIBER UNICUS.

### CAPUT I.

**D**E origine Familiarum, offici-  
aliumque Sanctæ Inquisitio-  
nis, & quis eos creare possit?

### CAPUT II.

Quid sit privilegium, & an sit favo-  
rabile, aut odibile?

### CAPUT III.

Quæ, quanta, & qualia sint privile-  
gia Familiarum, & officialium Sā-  
ctæ Inquisitionis?

### CAPUT IV.

An Familiares, Officialesque Sanctæ  
Inquisitionis suo privilegio renun-  
ciare queant?

### CAPUT V.

An mulieres Familiarum, ac Officia-  
lium Sanctæ Inquisitionis gaude-  
ant privilegio maritorum?

### CAPUT VI.

Viduae Familiarum, & Offici-  
alium Sancti Officij an privilegio defun-  
ctorum maritorum gandeant?

### CAPUT VII.

An filii, filiaeve Familiarum, & Offi-  
cialium Sanctæ Inquisitionis pa-  
trum privilegio potiantur?

### CAPUT VIII.

Temporales famuli Familiarum, of-  
ficialiumque Sanctæ Inquisitionis

stipendio conduicti utrum gau-  
deant privilegio dominorum?

### CAPUT IX.

Utrum Familiaribus, officialibusque  
Sanctæ Inquisitionis usus armorū  
ex privilegio competit?

### CAPUT X.

An Familiares, officialesque Sanctæ  
Inquisitionis sint immunes ab one-  
re hospitandi, & an eis hospitium  
debeat?

### CAPUT XI.

An Familiares teneantur servire ad  
bellum?

### CAPUT XII.

An Familiares habeant privilegium  
fori in criminalibus?

### CAPUT XIII.

In quibus casibus, Familiares, officia-  
lesque Sanctæ Inquisitionis privi-  
legio fori in criminibus non gau-  
deant?

### CAPUT XIV.

Utrum Familiares, Officialesque Sā-  
ctæ Inquisitionis gaudeat privile-  
gio fori in crimine resistæ, & an  
Magistratui resisti possit, si injuste  
operetur, an occidi, aut infringi  
cærcores, & an vis vi repelli cū ne-  
cessitate superiorum, Rex ille sit, aut Im-  
perator,

## I N D E X

perator, & an à litoribus possint impunè occidi, qui resistunt?

### *C A P U T X V .*

Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis delinquentes in officiis publicis an gaudeant privilegio fori?

### *C A P U T X VI .*

Utrum Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis in criminibus possint petere ab Inquisitoribus, Judicibusque fiscalibus chartas securitatis, & in quibus casibus; nec non diploma fidejussionis à supremo Concilio, & quandò, & in quibus casibus?

### *C A P U T X VII .*

Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis pro tentato delicto de exceptis an gaudeant foro; & an eorum filii-familias, uxor, vidua familiaris, aut servi gaudeant fori privilegio in criminalibus?

### *C A P U T X VIII .*

Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis coram quo Judice in civilibus conveniri debeant; & quomodo in civilibus privilegio fori gaudeant, vel non?

### *C A P U T X IX .*

Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis an possint, neglectâ declinatoriâ exceptione, petere avocatorias literas à suis conservatoriis, & an isti eas dare teneantur, & illis non potentibus illas mittere,

judicesque inhibere; quādō, & quomodo dirimenda sit contentio inter Conservatores, & alios Judices?

### *C A P U T X X .*

Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis an sint immunes à collectis, & gabellis, & à quibus?

### *C A P U T X XI .*

Familiares, Officialesqne Sanctæ Inquisitionis an à muneribus, honoribus, ac oneribus conciliorum sint immunes; & à quibus?

### *C A P U T X X I I .*

Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis, eorum uxores, filii, aut filiae an possint uti vestibus sericis; & quibus?

### *C A P U T X X I I I .*

Judices fiscales, cæterique Fisci Officiales an privilegiis Familiarium, Officialiumquè Sanctæ Inquisitionis gaudeant?

### *C A P U T X X I V .*

Familiares, Officialesquè Sanctæ Inquisitionis an, & quandò privilegia amittant?

### *C A P U T X X V .*

De Conservatoribus Familiariis, Officialiisquè Sanctæ Inquisitionis, & de eorum potestate, & jurisdictione.

### *C A P U T X X I I I .*

De privilegiis spiritualibus familiaribus Sanctæ Inquisitionis concessis.



# LIBER UNICUS

## CAPUT PRIMUM.

*Officij lib. 2. cap. 3. num. 1. Carenā*

*de officio Sanctæ Inquisitionis 1. p.*

*tit. 14. n. 12. qui quidem tantum 2*

*De origine Familiarium, Officia-  
liumque Sanctæ Inquisitionis,  
& quis illos creare possit?*

*ab Illustrissimis Inquisitoribus ge-*

*neralibus Sanctæ Iuquisitionis,*

*vel à supremo concilio Inquisiti-*

*onis creari possunt.*

## SUMMARIUM.

1 *Familiarium Sancti Officij  
origo.*

## C A P U T II.

Quid sit privilegium, & an sit fa-  
vorabile, vel odibile?

## SUMMARIUM.

1 *Prælibanda sunt, quæ ad  
materiam spectant.*

2 *Privilegium diversimode ac-  
cipitur.*

3 *Exponuntur modi, quibus  
accipitur.*

4 *Definitur privilegium.*

5 *Lex non debet esse obscura,  
& incerta.*

6 *Et ita privilegium.*

7 *Privilegium vel est divinum,  
vel humanum.*

8 *Reale, vel personale.*

9 *Perpetuum, aut tempore.*

10 *Affirmativū, vel negativum.*

A II Clau-

**T**Emporibus Innocentij ter-  
tij Pontificis maximi dimi-  
cante pro fidei catholice Rom-  
næ puritatis conservatione, & ex-  
tentione adversus Albigenes hæ-  
reticos Ecclesiæ infestissimos, di-  
vino illo nobilitatis viro inter pri-  
mæ nobilitatis primarios primò  
sanctitate inter eximios sanctita-  
tis viros eximio Dominico, fuit ab  
eodem Summo Pontifice creata,  
& varijs indulgentijs, & privile-  
gijs militia officialium, & fami-  
liarium Sanctæ Inquisitionis ad  
auxiliandum, & cōmittandum In-  
quisidores ad inquirendos, capi-  
endos, & puniendos hæreticos, ut  
dicit Paramus de origine Sancti

2 Guerreyro de Privileg. Famil. Officialiumque

- 11 Clausum in corpore juris, et non.  
12 Publicum, & privatum.  
13 Internum, seu externum.  
14 Favorabile, & odiosum.  
15 Priuilegium, quando est purum beneficium, est latè interpetrandum.  
16 Beneficia Principis sunt latè interpetranda.  
17 Privilegium contra jus commune est odiosum.  
18 Simile privilegium est restringendum.  
19 Dummodò maneat utile.  
20 Frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur.  
21 Privilegium purum non est restringendum.  
22 Hoc uarijs exemplis comprobatur.  
23 Privilegia familiarum, officialiumque Sanctæ Inquisitionis favorabilia sunt.  
24 Potius sunt amplianda, quam restringenda.  
25 In concursu odij, & favoris, iste, & non ille, est prærendus.  
26 Religionis ratio omnium summa.  
27 Valet argumentum de militia armata, ad togata.  
28 Et è contra.  
29 Privilegium concessum militibus sacerdotalibus ad cælestes extenditur.  
30 Privilegiū concessū militibus sacerdotalibus est favorable.
- 31 Privilegium scholasticorum est favorable.  
32 Privilegia concessa familia-ribus sunt remuneratoria.  
33 Privilegia concessa in remunerationem nomen privilegii amittunt.

C Um ferè per totum hunc tractatum de privilegiorū materiā agamus, non aberrabimus si in hoc capite de privilegio in genere aliqua prælibemus; imò potius, ut rem radicitus inquiramus, necessariū duximus ante definire, quid sit privilegium, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur, quod ita docet *Divus Ambrosius*, lib. 10. officiorum in præmio.

Privilegium tam apud utriusque juris, quam latinæ linguae authores, & in sacris literis diversimodè accipitur; sæpè enim pro prærogativâ ponitur, quâ aliquis præ alijs potitur, seu pro jure prælationis, quo alios artecedit, ut in illo Ruth. cap. 4. tu meo utere privilegio; idest, cedo tibi jus propinquitatis, quod mihi juxta morem Israel, de quo Deuter. cap. 5. competebat ad ducendam uxorem propinqui sine prole demortui, sic etiam in tit. ff. de privilegijs creditorū accipitur pro jure prælationis, quam unus creditor habet respectu alterius; accipitur etiam privilegium pro chartâ, seu instrumento, in quo gratia, beneficiū, seu indulgētia cōtinetur; ut in cap.

**cap. dilecta de confirmatione utili;** frequentius tamen, & magis propriè accipitur pro indulgentiâ ipsa, seu Principis concessione: & in hoc sensu dupliciter, vel latè, vel strictè; priori modo omnem importat concessionem, quæ fit à Principe, vel alio superiore alicui specialiter concedente; posteriori autem modo, scilicet strictè pro eâ, in quâ aliquid cōtra jus commune indulgetur, de quo sermo noster erit.

**4 Privilegium** hoc modo sump-  
tum rectè definitur: *Quod sit lex  
privata, seu jus singulare, contra  
jus commune indultum; ex cap.  
ult post medium 25. quæst. 1. ibi:  
neque enim privilegia aliquibus  
concederentur, si præter specialē  
legē nulli aliquid specialiter in-  
dulgeretur:* ideo privilegia dicun-  
tur, quasi privata lex, eo, quod pri-  
vata in legem singulis generent; *ex  
cap. Abbate 25. prope finē de ver-  
bor. sign.* ibi: *quia cūm privilegiū  
sit lex privata, & lex non debeat  
esse obscura, vel ociosa, sed certa,  
& manifesta, nec esset privata, nisi  
aliquid specialiter indulgeret, cū  
pluribus, Cardoz. in prax. judi-  
cum verb. privilegiū n. 10. Barb.  
infinitis relatis ad rubricam de  
privileg. num. 5. Suares de legib.  
lib. 8. cap. 1. n. 5. qui quidem Barb.  
& Suares locis citatis definitio-  
nem latissimè defendunt, & objec-  
tionibus satisfaciunt.*

**7 Divisiones** plurimas patitur pri-  
vilegium: nam primum dividitur  
obrubis

in Divinū, & Humanū; illud enim  
est, quo à Deo ipso conceditur,  
de quo agit tx. *in cap. gaudemus  
de divortijs tx. in cap. duæ sunt  
29. 92. de quo etiā aliqua dicemus;*  
istud subdividitur in Civile, & Ec-  
clesiasticum; hoc est, quod ab ec-  
clesiastica potestate; illud, quod à  
sæculari procedit. De uno, & alte-  
ro agemus *capite sequenti.*

Sequitur alia divisio in persona-  
le, & reale. Personale vulgo dici-  
tur illud, quod in personam. Re-  
ale, quod in rem dirigitur; de  
quorum congruentiâ, & differen-  
tiâ tractabimus à capite 8. usque  
ad duodecimum.

Cui anectitur alia divisio in per-  
petuum, aut temporale: tempo-  
rale est, quod cum temporis certi  
præfinitione conceditur, veluti  
ad lustrum; perpetuum vero est,  
quod adhæret rei de se perpetuæ,  
vel sine temporis præfinitione  
conceditur, etiam ad vitam con-  
cedentis, vel privilegiati; ut pro-  
bat tx. *in l. 2. ff. proficio* ibi: socie-  
tas conveniri potest; vel in per-  
petuum, id est, dum vivunt; de  
utroque nobis est agendum in ca-  
pite 9.

Alia datur in affirmativum, &  
negativum: hæc quando aliquid  
omittendū cōceditur, ne fiat, quod  
quis jure communi facere teneba-  
tur; & illa ut fiat, quod jure com-  
muni yetitum est.

Est etiam altera in clausum  
in corpore juris, & non. Dicitur  
clausum in corpore juris illud,

A 2 quod

quod in volumine juris cæfarei continetur; non clausum, quod non continetur.

**12** Ulterius dividitur etiam privilegium in publicum, & privatum: publicum est, quod primariò respicit publicam utilitatem, quamvis secundariò respiciat etiam privatam; privatum est, quod primariò respicit utilitatem privatam, quamvis secundariò publicam respiciat.

**13** Rursus dividitur in internum, sive pro foro animae, & in externum, sive contentiosum, de quo agit *Suar. de legibus lib. 8. cap. 6. à n. 1. cum sequent.*

**14** Ultimò in favorable, & odiosum, de quibus in præsenti promittimus tractare. Favorabile est, quod ita uni prodest, ut nemini noceat; ut facultas audiendi miseri tempore interdicti, commendandi laetificinia in tempore quadragessimæ, laborandi, & piscandi in die festo. Odiosum est, quod ita uni prodest, ut alteri noceat.

**15** Quando privilegium, quoad suos effectus, restringendum sit, ut odiosum, vel ut favorable amplandum, tria consideranda sunt.

Primum, quando est purum beneficium, favorable est in ordine ad interpretationem, idest, amplè esse interpretandum, quantum recta ratio, & prudentia permisit:

**16** *rit: nam beneficium Principis amplè est interpretandum; ex l. beneficium ff. de constit. Principiū, & favores ampliandi, & non ref-*

tringendi sunt; ex l. hoc modo ff. de conditionibus, & demonstrat. l. cum quidam ff. de liberis, & posthumis.

Secundò quando privilegium<sup>17</sup> est derogans juri communi, odiosum reputandum est, quoad interpretationem, & ita restringendum est potius, quam ampliandum; ex cap. quod dilectio de cōsan-  
guinitate, & affinitate. *Cardozo<sup>18</sup> cum multis verbo privilegiū nu-  
mer. 33. Suares de legib. lib. 8. cap.  
27. n. 5. Salgado 3. parte de protec-  
tione regia cap. 9. numer. 204. ubi  
quando latè, & in laberinto cap.  
7. n. 36. 1. p. Pereyxa de instrumen-  
torum editione tit. 2. resolut. 6. n.  
28. & 350. Carleval de juditijs  
tit. 1. disp. 8. n. 6. & disp. 23. n. 41.  
tit. 3. Mascaroto lib. 2. variarum  
cap. 85. ubi an ad bona adquiren-  
da Molin. de primogenit. lib. 3. c.  
10. num. 76.*

Intelligenda est suprà posita<sup>19</sup> assertio primò de restrictione, quæ admittit aliquam utilitatem, & effectum privilegij; nam semper privilegium sustinendum est, ut utile. *Suares dictio cap. 27. num.  
4. Cardozo dictio n. 33. Barbos. in  
cap. in his 30. de privilegijs n. 2.  
Alter. de soluto in l. 1. part. 1. num.*

**19** Et ratio est, quia privilegium<sup>20</sup> dici non potest illud, quod nihil specialiter concedit, sed ilud tan-  
tum, quod jure communi ex-  
pressum est, ex illo vulgari princí-  
pio; frustra præcibus, impetratur,  
quod jure communi conceditur  
deducto

deducto ex text. in l. 1. cod. de thesauris lib. 10. text. in cap. ult. 25. quæst. 1.

- 21 Prætereà secundò intelligenda est cæteris paribus ; aliquando enim tam necessarius , & pius esse potest favor privilegij, ut ampliandus sit etiam augendo derogationem juris communis. Ita sumitur ex communi doctrinâ in varijs casibus , & materia : ut attangit Tiraquell. tract. de pia causa sanum. 160. Patet hoc exemplo : privilegium concessum filijs legitimis contra jus commune reftringitur ad verè , ac naturaliter legitimos juxta tx. in l. ult. cod. de his, qui veniam , & nihilominus , si privilegium sit in gratiam religionis , & piæ causæ , extendetur ad legitimos fictè ob privilegium legitimationis , ut docet Barth. in l. si constante ff. soluto n. 44. Patet iterum exemplo illo exemptionis clericorum à temporali jurisdictione , & religiosorum ab ordinaria ; quia licet derroget juri communi, ampliatur in favorem religionis, docet Suares dicto cap. 27. n. 7. per totum.

22 Sequitur ex hoc privilegia Ministeriorum , familiarium , officialiumque Sanctæ Inquisitionis, quævis derogatoria juris communis, non esse reputanda odiofa , sed ut favorabilia amplè interpetranda.

23 Probatur ex eo ; quia quoties privilegium derogans juri communi ex una parte est odiosum , & ex alia censetur esse necessarium bo-

no communi Republicæ ; ista se- 24 cunda ratio præponderat primæ , & ex ea debet privilegium ampliari contra commune jus. Suares dicto num. 7. Ratio est ; quia cum 25 hæc privilegia habeat mixtionem odij , nempe , quatenus derogant juri communi ; & favoris , nempe , quatenus respiciunt favorē religionis , & illius puritatē , indicat necesse , ut in effectu favoris , & odij illud vincat, quod secundum rectam prudentiam maioris ponderis fuerit , & maius pondus habere non potest odium respectu restrictionis juris , quam favor respectu religionis , cum religionis ratio sit summa ratio , ut agnoscit Gentilis Papinianus in l. sunt 26 personæ 43. ff. de religiosis dominibus , & sumptibus in fine ibi : nam summam esse rationem , quæ pro religione facit.

Probatur etiam ex eo ; quia negari non potest valere argumentum de militia armata , vel togata ad celestem ex Egidio ad l. 1. cod. de sacrosanct. Ecclesijs 2. part. §. 1. n. 16. ubi n. 22. idem afferit in exorbitantibus, Barb. in principijs , & locis communibus liter A. n. 190. ubi plures invenies id ipsum affirmantes ; quod in tantum procedit, quod docet Cardozo verbo privilegium n. 9. privilegia concessa militibus sæcularibus extendi ad cælestes , ut multis ibi probat.

Sed privilegium concessum militibus sæcularibus est , ut favora-

bile, interpretandum; ut docet *Suares dicto cap. 27. n. 7.* ergo privilegium ministrorum, officialium, familiariumque, ut favorable amplè interpretandum, cum sint militiae cœlestis milites; ut in capite sequenti abunde videbis demonstratum.

30. Accedit etiam; quia negari non potest valere argumentum de militiâ togatâ ad cœlestem: sed privilegium scholasticorum, & studiosorum est favorable, & ad utilitatem reipublicæ christianæ concessum; ideoque latè, & amplè interpretandum; ut in terminis docet *Seraphinus decis. 1492. num. 1.* ubi ex ea ratione dicit facultatem elegendi. Scholares ultra numerum, quando facultates collegij crescunt, non esse coarctandam ad oriundos ex locis in privilegio specificatis, sed eos, quibus data est facultas elegendi, posse ex alijs locis oriundos eligere.

31. Urget magis, quia privilegia officialium, familiariumque Sanctæ Inquisitionis fuerunt concessa propter benemeritam, & reverentiam, ac submissionem debitam Inquisitoribus, ut ex illis patet: sed privilegia concessa Universitatib[us] ob benemeritam, & submissiōnem transeunt in beneficium, & perdunt nomen privilegiorum, ideoque eniūt latè interpretanda; *ex leg. fin. ff. de constitution. Principum, in terminis Rolādus à Kalletoni. 3. conf. 13. n. 44. mul-*

tis citatis: ergo privilegia familiarium, officialiumque latissimè interpretanda veniunt.

### C A P U T III.

Quæ, & quanta sint privilegia Familiarium, seu officialium?

### S U M M A R I U M.

1. *Privilegium concedere non potest, nisi qui legem concedere vallet.*
2. *Privilegium est lex privata.*
3. *A Principe inferiores privilegia non possunt concedere.*
4. *Judices Fiscales privilegios efficere nequeunt.*
5. *Quando inferiores possunt concedere privilegiū ostenditur.*
6. *Inferior superioris legem tollere non potest.*
7. *Inferiores à Principe privilegia condere valent, si id eis sit concessum.*
8. *Illustrissimi Inquisidores Generales possunt privilegios facere.*
9. *Infantes privilegia concedere nequeunt.*
10. *Principis inferiores non possunt privilegia interpretare.*
11. *Multiplex est interpretatio.*
12. *Una probabilis, & non necessaria.*
13. *Altera necessaria, sed non generalis.*
14. *Alia probabilis, necessaria, & generalis.*
15. *De-*

- 15 Denique probabilis, necessaria, & generalis in scriptis redacta.
- 16 Privilegia tot sunt, quot in tenore eorum exponuntur.
- 17 Officialium, familiariumque Sanctæ Inquisitionis tot sūt, quot ex privilegijs constat.
- 18 Privilegia non tantū ex verbis, sed ex mente deducuntur.
- 19 Menti potius, quam verbis est adhærendum.
- 20 Per verba enunciativa privilegium non probatur.
- 21 Papa quāvis dicat Ecclesiam exemptam enunciative, ex hoc privilegiū non probatur.
- 22 Confirmatur prædicta conclusio varijs exemplis.
- 23 Verba privilegij quando sunt obscura, illud non probant.
- 24 Nisi per usum sint declarata.
- 25 Privilegiū non præsumitur.
- 26 Qui privilegium allegat, illud probare tenetur.
- 27 Privilegia probari non possunt per testes, sed per scripturam.
- 28 Nisi scriptura sit deperdita.
- 29 Quomodo in tali casu testes deponere teneantur.
- 30 Scritura semel facta, & amissa probatur per testes.
- 31 Privilegium allegare non sufficit, sed est omnino ostendendum.
- 32 Non totum, sed capitulum tantum.
- 33 Privativi judicis tenentur inserere privilegium in requisitorijs, & precatorijs.
- 34 Alias judices requisiti obedi-  
re non tenentur.
- 35 Nisi de jurisdictione depre-  
cantis constet.
- 36 Privilegium clausum in cor-  
pore juris probare quis non  
tenetur, sed sufficit illud al-  
legare.
- 37 Notoria allegatione, & pro-  
batione non indigent.
- 38 Privilegia notoria in titulo,  
& in possessione quis proba-  
re non tenetur.
- 39 Familiares, Officialesque  
Sancti Officij privilegia sua  
probare non tenentur.
- 40 Ad literam transcribuntur  
omnia privilegia familia-  
rū, officialiūque nostri regni.

**C**ertissimum est in jure nos-  
tro principium privilegi-  
um concedere non posse, nisi Pa-  
pa, Rex, aut Princeps, sive Epis-  
copus, aut ejus superior cum con-  
fensiū capitulo, aut ille, qui consti-  
tutionem facere potest; quia ipse  
potest privilegium constituere  
in his, quae spectant ad suam con-  
stitutionem; ut notant omnes in  
cap. cum olim de verb. significat.  
*Cardoz. verbo privilegium n. 2.*  
Ratio cuius principij est; quia  
privilegium est lex privata, ut in  
secundo capite hujus libri manet  
demonstratum, & solus ille potest  
privilegium dare, qui potest le-  
gem ferre. *Suares de legib. lib. 8.*  
*cap. 8. n. 2. Parey. de instrumēt.*  
*edition. tit. 6. resolut. 3. n. 142.*

Unde

- 3 Unde infertur primò : inferiores autem à Principe non posse concedere privilegia suis subditis ; quia privilegia condere nequeunt , nisi , qui legem condere possunt ; ut notat *Sebastianus Medic. in tract. de legib. & statutis part. i. q. 33. n. 4.* legem autem neminem , præter Principem , condere posse , disponit *text. in l. fin. cod. de legib. interminis Cancer. 4. var. cap. 3. n. 333. & 334.* qua propter *in cap. 46.* non posse creare alios privilegiatos præter eos , qui ab Inquisitoribus generalibus fuerunt creati : undè Scribæ , Depositarij , Procuratores fiscales , & alij officiales terrarum à prædicto judice nominati , nullo alio fruuntur privilegio præter illud , quod ex jure Ordinario ratione suorum officiorum competebat .
- 5 Illatio ista duas sustinet limitaciones , quarum prima est ; quod licet duces , Marquiones , comites , Barones , Archiepiscopi , Episcopi nequeant inter subditos legem condere , quā juri communii derogent in eorum præjudiciū ipsis reluctantibus , cum non sit in potestate inferioris , legem superioris tolere : *ex l. minor autē magistratus ff. de minorib. cap. cum inferior de maiorit. & obedient. l. forma cod. de officio præfct. Prætor. cap. venientes de jure jurand. Morial. conf. 73. n. 8. & 10. lib. 1. Cancer. 3. variarum cap. 3. à n. 333. usque ad n. 338.* ubi dicit non posse statui ab Episcopo , &
- 6

Synodo diocæsana cōtra formam Canonum , quod ex causa limitat *Cravet. conf. 314. Mieres. in tit. de novis officialibus non creandis collation. 10. n. 19. & n. 340.* etiam dicit inferiores à Principe non posse condere privilegium , vel condere statutum contra consuetudinem , quam suæ Universitates habent ; ex eo , quod consuetudo dicitur jus Civile à Principe approbatum , quod multis comprobatur *Gail. lib. 1. observat. 36. n. 23. Gregor. Lopes in l. 22. gloss. 7. tit. 13. pariit. 2.* Attamen consentientibus subditis benè possunt inferiores privilegia , & statuta condere contra jus commune , *Federico de senis decis. 17.* ubi dicit Civitatem posse condere statutum derogatorium juris communis in præjudicium singulorum de civitate ; quia præsumitur , quod omnes de civitate consentiunt , ex quo illi , per quos regitur , vel maior pars cōsenserit ; *Rom. conf. 428 n. 12. Cancer var. 3. part. cap. 3. n. 268.* quod cum grano fali accipendum est ; nempe forenses non arctare similibus privilegijs , seu statutis contra jus commune de consensu Civium stabilitis .

Secunda est posse inferiores à Principe privilegia cōcedere , vel si ad id à Principe habeant expressam donationem , vel potestatem , prout habent serenissimi Duces Bragantiae nobilitandi intra suum regale palatum militantes ; ex *Carv. in cap. Raynald. de testament.*

ment. i.p.n. 385. quamvis jus nobilitandi sit de regalibus; ex Portug. de donation. 2.p.cap.17.

8 Infertur secundò Inquisitores generales posse creare privilegiatos, vel faciendo illos officiales, & familiares Sanctæ Inquisitionis, vel officiales fisci ex dispositione dicti regiminis, cap. 46. & ex alijs privilegijs, & concessionibus, quæ habent.

9 Infertur tertio: Infantes, Duces, & cæteri inferiores à Principe, ad id à Principe non habentes speciale privilegium, non posse aliquibus personis privilegia concedere ab oneribus, & servitibus conciliorum, nec debitoribus moratorias concedere: neque restituere alicui famam, vel veniam delicti cōcedere, nec chartam emācipationis, vel aliam gratiosam, nec ad id muniri aliquā præscriptione, etiam immemorali, Portug. de donation. reg. 3.p. cap.44.n.48.49. & 50.

10 Infertur quartò: inferiores à Principe non posse interpretare privilegia: quia ejus est interpretare, cuius est condere; ut cū De ciano conf.36.n.5.tradit Cancer. var.cap.3.n.69.cum sequentibus; cum multis Card. in prax. verbo privilegium n.36. Larrea dicis. 99. Pareyxa de instrument. editione tit. 2. resolut. 6. n. 301. & 307. Gutier.lib.3.practicarum q. 17.n.41. & lib.4.quest. 11. Sanch. de matrimon.lib.8.disp.34.l.4.tit. 33. & l.28.tit.34.part.7. Gregor:

Lopes in l.2.gloss. 10.in l.2. cum gloss.2.tit.18.p.3.

Adverte tamen interpretatio- 11. nem multiplicē esse. Unam proba- bilē, & non necessariam, quæ est DD. & magistrorum; in l.1.cod.de professorib. Alteram esse nece- 12. sariam, sed non generalē, quæ est judicium; ex tx. in l.nam, ut ait ff. de legib. qui habent potestatem 13. interpretandi, declarādīvē leges, caiones, & statuta. Cāc.3var.cap. 3.n.62. Tertiam esse probabilē, & 14. necessariam, ac generalē, sed non in scriptis redigendam, quæ est cōsuetudinis; ex tx. in l.s̄ de inter- pretatione ff. de legib. & in hoc sē- su sumēda est illa cōmuni assertio DD. quod ex usu, & observatiā in- terpetrātur privilegia, de qua Gra- cia de nobilit. gloss. 21.n.75. Gu- tier.lib.3.practicar.q.16.num.76 Larr.alleg.92. Pereyr.supr.cita- tos. Quartam, & ultimā probabilē, 15. necessariam, & generalē, & in scri- ptis redigendā, qualis est Princi- pis; ex l. 1. cod. de legib. & de hac tantūm ultima est intelligenda quarta illatio: Cancer.dic̄to cap.3. num.72. & 73.

16 Infertur quintò, privilegiū tot, & tanta esse, quantum in illo fu- erit expressum, & quantum gene- raliter loquatur non probare, nisi in his, quæ in illo sunt expressa; ex cap.porr̄d cap.recipimus cap.pas- toralis deprivileg. Barboz. in di- c̄to cap.porr̄d 7. num.7. undē fa- miliares, ac officiales Sanctæ In- quisitionis, & Fisci tot habent

- privilegia, quod continentur, & patet ex tenore ipsorum privilegiorum, qui tenor semper attenden-  
dus est, nec de illis judicandum,  
17 nisi ipsorum tenore inspecto; *ex tx. in cap. recepimus 6.c. ult. de privi- leg.* sic in feudis tenor inspicitur, *ex cap. idem duobus fratribus in maioratibus; ex Mol. de primog. l. 1. cap. 2. n. 27. Castilb. quotidian. lib. 2. cap. 20. n. 4.*
- 18 Intellige tamen tenorem privilegij inspiciendum non solum quo ad verba, sed etiam multò magis quoad mentem, ut si de illa appa-  
reat à verbis recedamus, ut quod céserit cōcedēs, potius sequamur *ex tx. in cap. quanto 26. ubi glos. verbo sola de privileg.* & tempus concessionis inspiciendum, neque de futuro censeri cogitatum, adnotata, *in l. si ita ff. de auro, & ar- gent. legat. l. uxoris §. 1. l. nomen debitoris §. ult. l. uxorem §. ex tes- tam. ff. legat. 3. Cancer. 3. var. c. 3.*
- 20 n. 16. & verba, & intentionē: nam Principis verba enūtiativē prolata licet super his, quae à voluntate Principis pendent, nec privilegiū inducāt, neque indultū probāt; *ex tx. in c. si Papa 10. de privileg. in 21 6. ubi si Papa enūtiativē dicat ali- quā ecclesiā esse istētā, nō propter hoc inducitur privilegiū, & exēp- tio, nec probatur exēpta; secus, si principaliter propter Canc. n. 7.*
- 22 Ex decisione *tx. in cap. si Papa 10. inferūt DD. de quibus, Canc. n. 89. & 9.* quod si Papa, vel Princeps in suis litteris nominaret ali- quem nobilē. Dominum, dominū, vel sub aliquā nobilitate, vel dignitate, vel officio, non ex hoc cēfere- tur nobilitate nominatū, nec dignitate illa illū decorare, vel approbare dignitatē, vel officium, quo fulget, nisi verba enuntiativa, seu narrativa habeat vim dispositionis & veritatis, quando enim illis fundatur intentio: *Barb. in dicto cap. n. fin. ut in extravaganti, qui sint rebelles, notat Barth.* quando di- cit, quod si Princeps vocat aliquā Villam Civitatē, censeatur facere civitatē, si illa nominatio esset fa- cta principaliter propter se, secūs si causa demonstrationis, vel enūtiativē; ad illud *Fabian. Diana conf. 66. n. 47.* ubi postquam resol- vit Regē solo verbo creare duces, comites, & Barones, dicit id pro- cedere, si constaret Principem ex certā scientiā, & principaliter id velle: alias, secūs.
- Intellige etiam: si verba privi-  
legiorum sint clara, & intelligi-  
bilia: nam si ita dubia sunt, ut per  
eorum tenorem, de mente con-  
cedentis cōstare non possit, mini-  
mè valere. *Barb. in cap. 1. de sum- ma Trinitate n. 10.* ubi numeris sequentibus conclusionē limitat, quando usitata, & observata sunt; quia eo in casu tantum probāt, va-  
lent, ac tenent, quantum usus, &  
observantia eis prestiterint.
- Ulterius intellige privilegianō præsumi: *Barb. in cap. cum perso- nā 7. de privileg. n. 3. in 6. & in c. porro 7. numer. 5. de privileg. Cabed.*

- Cabed. decif. 93. n. 3. Seraphin. decif. 1067. n. 3. Menoch. lib. 6. præsumpt. 14. n. 15. Mascard. conclus*
- 26 *1200. n. 37. sed ab allegāte probari debere; ex l. quæcūque §. ff. de publicana in rem actionel. si emancipati cod. de collation.*
- 27 *Intellige rursus probationem privilegiorum fieri non posse per testes, sed per scripturam; ex cap. cum persnæ 7. de privileg. in 6. ubi Barb. n. 6. Cardoz. verbopri- vilegium n. 35. licet Suares de legib. lib. 8. per totum cap. 2. probat scripturam non esse de substantia privilegij, sed ad melius esse, & certiorem probationem; quod verius putamus.*
- 28 *Suppositâ tamē opinione, quod privilegia per testes probari non possint, illam limitabis, quandō instrumentum est deperditum; quia tunc rectè probantur per testes; ex cap. cum olim 12. de privi-*
- 29 *leg. dummodò testes deponant de amissione instrumentorum, de illorum tenore, & gestione, vitio- que caruisse; ex Barb. in dict. cap. cum olim n. 45. & 6. de die, anno, mense, & à quo tabellione, seu se-cretario esse confecta, & sub quo consule, & tales testes debent esse periti; ex Canc. var. 3. p. cap. 3. n.*
- 30 *170. 171. 172. 173 & 174. ubi di- cit omnia acta, quæ ad sui validitatē requirunt scripturam, si semel sint facta, & sint deperdita, potest ejus tenor probari per testes duos peritos. Aflict. decif. 14. n. 5. licet sit scriptura, seu instrumentum,*
- quod plures ad probationem re- quirat, prout in testamento docet Cancer. dicto n. 174. & nos de di- visionibus lib. 7. cap. 16 latè.
- Intellige ultimò: non sufficere 31 allegare privilegium, sed illud of- tendere necesse est; *ex text. in di- cto cap. personæ ibi: ad legendum integraliter*, quod accipiēdū est subdistinctionis fadere: nempe si agatur de privilegio exhibendo, judici legatur, & judici petēti ex- hibeatur: *Barb. ibi n. 4. Covas practicar. cap. 20. n. 7. si verò aga-*
- 32 *tur de privilegio exhibendo parti, illud tantum capitulum, quod ad eam spectat, & subjectam tangit materiam, exhiberi oportet, juxta dictos DD. & text. in cap. contin- git de fide instrumentorum.*
- Ex quo provenit, quod Con- 33 servator, seu delegatus debet in- ferere in præcatorijs, seu requi- sitorijs privilegium, cuius virtute intendit de lite, seu causâ cog- noscere in præjudicium jurisdicti- onis Ordinariæ; alias judices re- quisiti, seu deprecati, non tenen- tur litteras executioni mandare:
- Cabed. 2. part. decif. 39. ubi post- quam n. 1. & 2. docet judicem re-*
- 34 *quisitum, tanquam merum exe- cutorem teneatur illud implere remittendo exceptiones, quibus executio impeditur; dict. n. fin. in fine: hoc esse intelligendum, si de jurisdictione judicis depre- cantis constet; ex eodē Cabed. de- cīf. 41. 1. part. Almeid. allegation.*
- 35 *6. numer. 9. cum multis Fluvius*

*Pacianus de probationib. lib. 2. cap. 27. n. 141. ubi infinitos citat.*

36 Verum enim vero hoc absolute non est verum, & limitatur; vel quando privilegia sunt clausa in corpore juris: quia tunc notoria sunt & eorum scientia presumitur, sicut ipsarum legum; ex cap. 1. de constitutionib. in 6. Barb. in l. 1. ff. solut. 1. p. n. 7. Alter Barbos. in dicto cap. 1. de constitutionib. n. 8. idem in cap. porro 7. de privileg. num. 6.

37 sed tancum eorum allegatio necessaria est: nam licet eorum, quae notoria sunt, probatio necessaria non sit; requiritur tamē allegatio: ex l. si adulteriu §. idem ff. ad legē Fulliam de adulterijs Marant. de ordine judiciorum part. 6. cap. de appellation. n. 241. Barb desoluto in l. quis ex aliena n. 3. ex quo

colliges verā non esse assertionē, Mascard. conclus. 1109. Rebus. deprivileg. scholasticor. privilegio 154. à num. 262. & aliorum DD. affirmantium, nec allegationem esse necessariam.

Vel quando sunt notoria in tulo, & possessione; ex Barb. in c. cum persona 7. de privileg. in 6. ex quo colliges non teneri Inquisitores ostendere privilegia suorum officialium: nec judices fiscales suorum officialium, & familiarū, cùm sint satis apertē notoria; præcipue in locis ubi residet Tribunal Sanctæ Inquisitionis, & Fisci. Almeid. allegat. 6. num. 9. Sed ut 39 cunctis pateant officialium, familiariumque Sanctæ Inquisitionis privilegia, tenor eorum sequens est.

## PRIVILEGIOS CONCEDIDOS AOS OFFICIAES,

e Familiares do Santo Officio da Inquisição destes

Reynos, e Senhorios de Portugal.



OM Sebastiam por  
graça de Deos Rey  
de Portugal, & dos  
Algarves, dàquem, &  
dalem mar em Africa,  
Senhor de Guiné, & da conqui-  
ta, navegação, & commercio de  
Ethiopia, Arabia, & Persia, & da  
India, &c. Faço saber aos que ef-  
ta minha carta virem, que haven-  
do respeito ao serviço, que os Of-  
ficiaes, & Familiares do S. Offi-  
cio da Inquisição fazem a nosso

Senhor em seus officios, & à mu-  
ita ocupação, q nellestem, & para  
q com melhor vontade folgué de  
os servir, hei por bem, & me apraz  
de lhes conceder os privilegios, &  
liberdades abaixo declaradas, das  
quaes usarão, & gosarão em quâ-  
to assi forem Officiaes, & Familia-  
res do S. Officio, aquelles que  
tiverem, & mostrarem provisoens  
dos ditos officios, & cargos, assina-  
das pello Inquisidor Mór de meus  
Reynos, & Senhorios. § Primei-  
ramente

ramente hei por bem que sejam daqui em diante privilegiados, & escusos de pagarem em fintas, talhas, pedidos, emprestimos, nem em outros alguns encarregos, que pelos Censelhos, ou lugares aonde forem moradores, forem lançados por qualquer modo, & maneira que sejam; nem sejam constrangidos a que vêm com prezos, nem com dinheiro, nem sejam tutores, nem curadores de pessoa alguma, salvo se as tutorias forem limitadas: nem hajam officios do Conselho contra suas vontades, nem lhes tomem de aposentadoria suas caças de morada, adegas, nem cavalhericas, nem quaesquer outras caças, em que elles pouzarem, posto que suas nam sejam, antes lhas dem, & façam dar de aluguel por seu dinheiro, se as elles nam tiverem, & houvere mister: nem lhe tomem pão, vinho, roupa, palha, cevada, lenha, galinhas, ovos, bestas de sela, nem albarda, salvo se trouxerem as ditas bestas ao ganho, porqne em tal caso nam serão escuzos: nem assi mesmo lhe tomem couça alguma do seu contra suas vontades. Outrosí me praz que nam sejam constrangidos nem obrigados a irem servir por mar, nem porterra a nenhumas partes, em quanto assi forem Officiaes, & Familiares do S. Officio: nem sejam isto mesmo constrangidos a terem gâchos às suas portas, posto que em rafam de seus officios sejam a isto

obrigados. Item hei por bem que possam trazer armas offensivas, & defensivas, por todos meus Reynos, & Senhorios. f. as offensivas espada, & punhal, ou adaga sómente, & as defensivas todas as que quiserem: nam fendo achados com ellas em lugares suspeitosos, ou deshonestos, ou fazendo o que nam devem. E porém quádo cùprishaveré de hir fazer alguma prizam, ou qualquer outro acto de justiça, em que se requeira levarem mais armas offensivas, poderão levar todas as que quizerem, & lhes forem necessarias. Item me praz que elles, & suas mulheres, & assi seus filhos, & filhas em quanto estiverem debaxo de seu poder, possam trazer em seus vestidos aquella seda, que por bem de minhas Ordenaçoens podem trazer as pessoas, que tem cavallos, posto que os elles nam tenham, sem embargo das ditas Ordenaçoens. E por tanto mado a todos meus Dezembargadores, Corregedores, Ouvidores, Juizes, Justicas, Officiaes, & pessoas de meus Reynos, & Senhorios, a que esta carta, ou traslado della em publica forma for mostrado, & o conhecimento della pertencer, que acumpriam, & guardem, & façaõ inteiramente cumprir, & guardar, como se nella contem, sem nisso porem duvida, nem embargo algum, porque assi he minha mercê. E quem o contrario fizer, & assi o nam cumprir, pagará

rà seis mil reis ametade para os captivos, & outra para quem o acusar. E por firmeza delle lhe mandei dar esta carta por mi assinada, & sellada de meu sello pendente para a terem para sua guarda. Balthazar Ferraz a fez em bisboa a 14. de Dezembro, anno do Nascimento de Nosso Senhor

- 78 De re ad rem multaties extēditur privilegium.
- 79 Privilegiū concessum mōnasterio, seu ecclesiæ, extēditur ad capellas illi subjectas.
- 80 Privilegiū concessum ecclesijs unius Civitatis, extenditur ad ecclesiās postea cōstrūtas.
- 81 Privilegiū Civitati, seu oppido concessum extenditur ad accessoria.
- 82 Privilegium de non solvendis decimis ex prædijs, extenditur ad futura prædia.
- 83 Privilegiū, ut quis nō teneatur solvere collectias de rebus suis, extēditur ad posteā quæstas.
- 84 Privilegia depositi regularis ad irregulare extenditur.

**P**rivilegiū nō esse extēdendum de personis ad personas nostra docent jura: pululat ergo quæstio: Utrum privilegia officialium, seu familiarium Sanctæ Inquisitionis extendantur ad eorum mulieres? Et videtur resolvendā esse negativè ex sequendis.

- 1 Primò: quia certum est privilegia prædictorum esse personalia: Sed personalia privilegia non extenduntur de persona ad personam.
- 2 ex l. in omnib. casib. 69. l. privilegia i 37. ff. de regul. jur. l. i. §. permittitur ff. de aqua quotidiana. & aestio. l. quia taleff. solut. matrimon. l. sordidorū cod. de excusationib. muner. lib. 10. Barb. in dict. l. quia tale, nec ad similes casus

pertrahūtur, neque ad consequētia, neque ex idētate rationis patiuntur extensionē, ut cum multis probat Cardoz. verb. privilegium n. 5. ergo &c.

Patet hoc multis exemplis: & primò patet; quod privilegiū concessum Regi, non extenditur ad Reginam, nec ad ejus filios, nisi id exprimatur: ex tx. in c. sanè de privileg. ubi Barb. n. 6. tx. in cap. ne aliquid 5. de privileg. n. 4. Secundò patet exēplo militum, quorū privilegia non pertinēt ad eorum uxores: juxta regulam leg. seimper. §. immunitati ff. de jur. immunit. in specie text. in leg. 2. à contrario sensu cod. uxorib. militum; nisi talis sit militia, quæ habeat dignitatem annexam; quia tunc, vivo milite, transiret ad ejus uxorem, ac liberos. Barb. in l. quia tale ff. fol. lut. num. 2. cum alijs. Tertiò patet exemplo clericorū conjugatorū, & equitum Christi Domini, Divi Benedicti, Divi Jacobi, Calatravæ, Alcantræ, & similiū, quorum privilegiū ad eorū uxores non extēditur; ex Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 47. n. 3. in specie Delben. de immunitat. tom. 2. cap. 4. dubitation. 23. pertot. Quartò patet ex tx. in leg. quod Principi ex tx. in l. Augusta 57. ff. legatis 2. ubi privilegia ibi maritis cōcessa ad uxores non extendūtur. Quintò patet ex eo; quia Princeps est jure legibus solitus, non tamen Augusta; ex l. Princeps ff. de legib. Sextò patet, quia privilegium de non solven-

da

- dā gabellā marito competens non  
communicatur uxori de jure or-  
dinario, nisi omnia cōmunicentur  
bona, prout in nostro regno; ex  
Ord lib. 4. tit. 7. vel quādā maritus  
liberatur à solvēdā gabellā, vel si-  
mili onere, ratione nobilitatis;  
nam tunc, cum nobilitas viri com-  
municetur uxori: ex l. mulieres  
cod. de dignitatib. lib. 12. cap. 21.  
qui §. fin. de sepultur. in 6. nece-  
fariō ad eam quoque debet per-  
tinere privilegium ratione nobi-  
litatis cōpetens; eleganter Barb.  
in l. cum talen. 30. ff. soluto. Rey-  
nos. observ. 3. num. 6. hoc indistin-  
cte tenet late Fermo Sin. ad text. in  
cap. ex tenore de foro competenti.  
Balma sed. de collect. q. 41. n. 7.
- Secundō: quia certum est cor-  
relativorum eamdem esse rati-  
onem, judicium, & disciplinam,  
& quod de uno dispositum trahi-  
tur ad alterū: ex leg. fin. ff. de ac-  
ceptationib. l. fin. cod. de indita  
viduitat leg. si quis servor. cod. de  
fuit. l. 2. cod. de transactionib.  
Unde valet argumentum de uno  
ex correlativis ad aliud, Pinell. in  
l. 2. cod. de rescindend. 1. p. cap. 2. &  
n. 1. & quod de correlativū unum  
non possit esse sine alio. Surd. de-  
cis. 218. n. 10. & cons. 34. n. 26. &  
cons. 140. num. 120. & de alimen-  
tit. 1. q. 19. n. 3. & 10. n. 4. q. 18. n.  
54. & Lamparius ex l. fullia §. si  
procurator ff. de actionib. empti.  
Barb: infinitis relatis intrat de  
axiomat. juris axioma 61. q. non  
Certissimū etiam est virū, & u-
- xorē esse cōrelativū, docēt Portu-  
tug. de donationib. 3. p. cap. 26. n.  
41. ubi dicit, quod statutum, quod 15  
loquitur de viro, & uxore, loqui-  
tū videtur, & cōtra: Barb. in ru-  
bric. ff. soluto 2. p. m. 3. & 38. ubi ad os-  
varia: sed privilegia concessa uxori,  
non communicantur marito:  
ergo privilegium marito conce-  
sum non cōmunicatur uxori.  
Minor probatur: ex text. integ. 16  
Fiscus §. fin. ff. de jun. fisci: ubi:  
privilegia, quae cōpetunt Au-  
gusto communicantur Augustæ;  
sed privilegia Augustæ non com-  
municantur Augusto. Et pater  
hoc etiam multis exemplis, &  
prīmō patet; quia maritus non  
habet privilegia de dignitate uxo-  
ris. Unde infert Avil. in cap. Præ-  
torum cap. 1. n. 7. non sequi mari-  
tū esse Regem, Ducē, Marquione,  
Comitem, Baronem ex eo, quod 17  
mulier sit Regina, Dux, Mar-  
quionissa, Comitissa. Secundō pa-  
tet exemplo nobilitatis, quā non  
consequitur vir humilis, quamvis 18  
mulier sit nobilis, seu illustris, si-  
cūt ipsa cōsequitur, quāvis humili-  
lis, si maritus sit nobilis, vel illus-  
tris; quod in tantum procedit,  
quod etiam si mulier non sit curi-  
alis, nubendo curiali, efficitur cu-  
rialis, & legitima: t. x. in l. si quis cod.  
de naturalib. liber. Avilles n. 3.  
cum sequentib. Portug. de dona-  
tionib. reg. lib. 1. 2. part. cap. 15.  
q. n. 16. usque ad 24. ann. 1108  
Sed his omnibus nō obstābilis, 19  
contraria sententia est tenenda,

nempè mulieres officialium, seu familiarium Sanctæ Inquisitionis gaudere omnibus privilegijs maritorum, quæ cum illis convenire possunt.

- 20 Conclusio hæc probatur: quia mulier sortitur forum, & conditionem viri, etiam si non sit traducta ad domum viri, & litiget cum eo, & sortitur etiam, quoad statutum de dote lueranda, & quoad 21 jus sepulchrorum, estque pedis sequa, socia quæ humanae, divinæque societatis. *Avilles in cap. prætorum cap. 1. n. 5. & 10. Bald. cons. 418. & in cons. 439. lib. 4. dicit.*

- 22 Quod mulier efficitur pars corporis viri, & quod in uxore, & viro datur una caro, & una substantia in duabus personis, & quod 23 unum corpus, & una anima iure divino in illis est. *Portug. de donation. reg. 2. p. lib. 1. cap. 15. à n. 18. Balmassed. de collect. q. 41. à numer. 4.*

- 24 Quapropter docet *Barthol. in l. quoties cod. de privileg. scholasticor. lib. 12. n. 2. vers. notat singulariter*, privilegium concessum alicui, & suis descendentibus non comprehendere filias matrimonio collocatas, illa ratione; quia postquam virum assumunt in totum, dicuntur ad alium locum se transferre, & statum suum mutare. Cui opinioni adhæret *Ramon. in cons. 15. num. 20.* dum dicit, cum ad fæminas, & masculos illorumq; filias bona erūt de ventura, in quibus naturaliter nomen suum con-

servare nequibat; quia fæminæ transiunt in familiam viri, & filij patris, non matris familiam sequuntur; *Gargiarco tom. I. cōf. 45. n. 59.* quando scribit, quod in famina nupta familiae nomen, & agnationis finitur, transiunt enim ad alienas familias, & de externorum maritorum, non patris, familiâ tunc dicuntur. *Carlev. de 82. judic. tit. 1. disp. 2. num. 65 & 66. Portug. dict. cap. 15. n. 16.*

Tanta enim est vis, ac virtus 29 matrimonij, quæ facit uxorē perdere forum etiam originis alias immutabile; ex *Cagnolo in l. cum quadam puella 19. ff. de jurisdict. omnium judic. num. 3. ex l. 4. cod. de municipalib. & origin. ibi: origine propriâ neminem posse voluntate alia eximi, ubi glossa excellens dicit, hoc tamē facere propter matrimonium. Inde uxoris ejus est civitatis, unde est vir ipius, adeò verè, & propriè, ut comprehendatur in statutis loquentibus de civibus, sive de his, qui 31 sunt alicujus civitatis: è contra non comprehenditur in statutis loquentibus de forensibus: quia quoad omnia mulier eximitur propriâ origine, & in novam mariti transfunditur, ut *Barthol. & Bald. tradit Galeot. lib. 1. controv. 13. n. 9. & 10. Carleval. de judic. tit. 1. disp. 2. n. 682. & 683. Galeot* qui quidem asserit duplē esse civilitatem; quædam scilicet, quæ non potest induci, nisi per naturam, ut civilitas originalis, circa quam*

quam statutum, non vult fingere, & sic statutum nō operatur; ope-  
ratur aliquid circa istam civilita-  
tem, quod tamen habet unicam,  
& singularem salientiam, quam  
lex operatur in nupta, quam rapit  
ad originem viri. *Portugal. dict.*  
*cap. 15.*

33 Ex quibus doctrinis concludit  
*n. 12.* mutationem scilicet originis  
quam facit uxor, dum exutā pro-  
priā transfertur in originem viri,  
esse naturalem, non autem civilē,  
& sic non esse inductam simplici-  
ter à jure ex vi, & potentia legis  
humanæ, scilicet civilis, ut quæ  
tantam vim non habet, sed aliud  
de ex virtute matrimonij, & pro-  
pter eas, cum fuisset interrogatus:  
an vidua principis de *Hostilla* ex  
eā ratione, quod origine esset fo-  
rensis, teneretur solvere viginti-  
quinque pro centum annum suo-  
rum reddituum virtute pragmati-  
cæ *Araganiæ* stabilitæ ad hoc,  
ut omnes forenses, non obstante  
bus naturalibus, vel quibuscūque  
alijs privilegijs, sic solverent? Res-  
pondet minimè tenere, cum non  
esset forensis, sed propriè natu-  
ralis.

34 Forum, originem, naturalita-  
tem non tantum perdit, sed & no-  
bilitatem amittit nubendo ig-  
nobili: *ex l. 1. cod. de dignitatib.*  
*lib. 12. l. fæminæ in princip. ff. de*  
*senatorib.* *l. eum qui 18. §. &*  
*nupta ff. de injur.* *l. 1. cod. de in-*  
*jusvocand. l. cum te 10. cod. de mu-*  
*ptijs leg. 1. & 2. cod. de uxoriib.*

milit. *l. unica cod. mulierib.* in  
quo loco *l. mulieres cod. de incolis*  
*lib. 10.* quod meritò effectum est  
propter illam muluam corporis  
traditionem, de quā est *tx. in cap.*  
*quos Deus 32. q. 4.* & mutuam soci-  
etatem divini, & humani juris, de  
quā in *l. adversus cod. de crimin.*  
*expilatæ hæreditat.* Unde aliqua  
utilia inferre potes; & primò in-  
ferre potes mulierē etiā illustrissi-  
mam amittere vocationem *de Dom.* &  
*cærera alia nobilitatis pri-*  
*vilegia nubendo ignobili,* quid-  
quid in contrarium judicatum tra-  
dat *Phæb. 1. p. decis. 17.* ubi deci-  
sum refert mulierem non amit-  
tere vocationem *de Dom.* nuben-  
do ignobili, si vel à patre, vel à  
matre, vel à primo conjugio illam  
consequeretur, cui sine ratione  
adhæret *Additionator Reynof*  
*obser. 3. ad n. 3.* Inferre secundò  
potes: filios conditionē patris, &  
non matris, quoad nobilitatem, &  
privilegia nobilitatis accipere, in-  
decorosum, in politicumque illis  
esse nomina, cognomina, præno-  
mina matrū accipere, patrū negle-  
tis; ut tradit *Escobar de puritat.*  
*sanguin. 2. p. q. 4. §. 7. n. 126. cum*  
*plurib.* quoad status tantum con-  
ditionem matrum sequi; *ex l. ult.*  
*cod. de liberali causâ l. partū cod.*  
*de rei vendication. l. partum ff. de*  
*usur. cap. ult. de juris non ordinā-*  
*dis l. unic. de natis ex libero vête*  
*quod speciali favore libertatis in-*  
*troductum esse; dicit Pickard. in*  
*repetition. ad text. in l. 3. de muri-*  
*legulis*

- legulis lib. 11. n. 91. Sanch. lib. 7. de  
**40** matrim. disp. 24. n. 5. Inferre ter-  
tiò potes: matrè non habere filios  
in potestate: ex l. mulieres 5. cod.  
de adoption. l. nullafæmina ff. de  
suis, & legitimis bæredib. prin-  
cipium, & §. ult. Instit. depatr.  
potestat. nam quomodo alios po-  
test habere sub suâ potestate, si  
semper subest alterius potestati.  
Carvalb. in cap. Raynald. de tes-  
**41** tament. i. p. n. 234. Inferre ultimò  
potes: non valere statutū, seu cō-  
fuetudinē, quod quis cēseatur no-  
bilis, vel ignobilis ex progenie  
maternā: ex Avilles in cap. præto-  
rum cap. i. n. 9. Barth. in l. exem-  
plo cod. de decurionib. lib. 10.
- 42** Ista ultima illatio limitatur in  
statutis approbatis: ex Avilles d.  
n. 9 & pluribus alijs, quos citat  
& sequitur Carvalb. ubi proxim.  
n. 236. cum multis. Cortiad. decis.  
8. n. 114. ex quo insert rectā cum  
ratione statutum esse in nostrâ or-  
dinatione lib. 5. tit. 92. §. 4. nobiles  
**43** posse assumere nomen, arma, gen-  
tilitia, & omnes honores, & dig-  
nitates ex sanguine materno, quod  
idem valet, ac dicere filios nobi-  
litate maternā nobilitari; nam qui  
arma concedit, nobilitatem con-  
cedere intelligitur. Escobar de  
puritat. i. part. q. 16. §. 2. n. 7. cum  
multis.
- 44** Cōcessa viro in quacunque dis-  
positione, etiam stricti juris, cen-  
setur concessa etiam uxori: ex glo-  
ff. in cap. admonere verb. partem  
33. quæst. 5. Delben. de immunit.
- tit. 1. cap. 1. dubit. 11. sect. 4. num. 4  
maritus est cap. ut uxor; text. in  
cap. eundo cap. mulieres 33. q. 5. c.  
duo pueri de dispensat. impuber.  
Ex eo; quia privilegium conce-  
sum capiti, omnibus ejus membris  
concessum intelligitur: ex l. resti-  
tuenda 6. cod. de advocat. diverso-  
rum judic. nam universis red-  
ditur, quod pro voto omnium pri-  
matibus conceditur. Pachec. in  
apoleta utriusque juris verbopri-  
vilegium. Cabed. decis. 114. n. 5.  
Ita in specie, quoad mulieres  
familiarium, officialiumque San-  
cti Officij: tenet Amaya in l. fin. à  
n. 1. cod. de incolis lib. 10. Barbos.  
de jur. ecclesiastic. lib. 2. cap. 39. §.  
4. n. 26. Narbon. in dict. l. 20. gloss.  
1. n. 75. lib. 4. recopilat, qui testa-  
tur de cōfuetudine Hispaniæ. Cor-  
tiad. decis. 30. n. 168. Escobar de  
pontific. & reg. jurisdit. in stu-  
dijs gener. cap. 36. à num. 1. ad 11.  
& à n. 44. ad 52. Cutellus in patro-  
cinio pro regiâ jurisdictione con-  
trovers. 9. à n. 107. qui testatur de  
cōfuetudine Siciliæ. Delben. de  
immunit. tom. 1. capit. 1. dubit. 11.  
sect. 4. à n. 1. usque ad 7. & tom. 1.  
cap. 3. dubit. 25. à n. 1. usque ad 13.  
Pareyx. de instrument. editioni.  
tom. 1. tit. 2. resolut. 6. specie 6. à  
n. 346. ad 410. Paramo de origin.  
Sanctæ Inquisitionis cap. 3. per tot  
ubi etiam testatur de cōfuetudi-  
ne regni Siciliæ. Balmased. de  
collect. q. 41. per tot.
- Quoad mulieres equitum triū  
ordinum militarium Hispaniæ,  
quorum

quorum privilegijs utuntur omnes equites militares nostræ Lusitaniæ, ut dicit Pereyr. decis. 91. n. 6. 7. 8. 9. & 10. docet Matheu de regimin. Valentiae tom. 2. cap. 7. §. 4. n. 51. & 52. ubi sic refert judicatum: Barbos. de potestat. Episcop. 2. p. alleg. 23. n. 14. & 15. Giurb. observ. 90. n. 20. Cortiad. decis. 8. n. 108. Avill. in cap. prætorum in procœm. gloss. 2. n. 28. Fermosin. in cap. ex tenore q. 8. & in cap. cum contingat de for. compet. q. 23. n. 1. & 2. Dian. resolut. part. 5. tract. 1. resolut. 36. Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 47. n. 2. & si contrarium teneat n. 3. se retractat, & hanc sequitur in opusculo tom. 2. lib. 6. cap. 1. dubitation. 3. n. 2. Portug. de donation. 2. part. lib. 1. cap. 15. numer. 22.

49. Quamvis contrarium videbatur esse tenendum in mulieribus equitum trium ordinum militarium nostri regni; ex his, quæ Valasç. in §. 7. reformationis justitiae à n. 63. usque ad n. 68. ubi quoad forum contrariam omnino tenet opinionem, & illam defendere graviter desuadat: quia cum inter virum, & uxorem sit individua utilitas, & damnum, privilegium unius necessario alteri suffragari debet ex regulâ, quod privilegium unius suffragatur alteri, quando sumus in causis communibus, & individualibus, deductâ: ex cap. una sententia 72. de appellation. ubi appellatio unius prodest alijs litis confortibus non appellantibus,

quando causa communis est, & una, eademque omnium defensio, & sententia sic appellata executiōni mandari non potest adversus deserentes, & non persequentes, donec causa appellationis decisa sit: est etiam tx. in l. si cōmune fundum 10. ff. quemadmodum servit. amittat. Ord. lib. 3. tit. 80. in princip. cum plurib. Barb. ad dictum cap. sententia à n. 1. usque ad 4. ideo merito mulier fortitur forum mariti, non solum, quoād forum competens de jure communi, sed etiam ex speciali privilegio; & ita 52. ut commendatarius in criminalibus accusari nequit coram alio judice, quād equitum, ita nec uxor Portug. ubi proximè n. 23. in fine. Balmassed. de collect. quæst. 41. n. 5.

Quoad uxores clericorum cō- 53 jugatorum, docet Portug. suprad. n. 24. ubi contra Barbos. ad tx. in l. 2. cod. de Episcop. & Cleric. num. 9. inquit esse veriorem: Matheu de regimin. Valentiae tom. 2. cap. 7. §. 4. num. 51. Delben. de immunit. tom. 2. cap. 4. dubit. 22. n. ult. Sanch. de matrimon. libr. 7. disput. 47. n. 1. Avilles in cap. prætorū in procœm. gloss. 1. n. 18. Cortiad. decis. 8. n. 109. quod intellege de privilegio fori, & non Cænonis juxta supra relatos de uxorisibus clericorum conjugatorum, cum unica, & virgine, & qui deferant tonsuram, & vestes clericales, & insimul, quod per Episcopum alicujus ecclesiæ servitio 54. sint

sint additi , & ita debet intelligi  
Ord. lib. 2. tit. 2. §. 17. quæ triare-  
quirit, ut prædicti clerici gaude-  
ant privilegio sacerorum: Cōf. Tri-  
dentini sect. 23. cap. 6. de reforma-  
tion. Thom. Vas alleg. 44. n. 3. &  
alleg. 39. n. 1. Barb. in l. titia ff. so-  
luto num. 36. Oliva de for. eccles.  
2. p. q. 18. n. 13. & quæst. 19. num. 2.  
novissimè Parad. in practic. dele-  
gation. criminal. cap. 5. num. 146.  
& 154.

55 Quoad mulieres scholastico-  
rum , & studiosorum. Escobar de  
pontific. & reg. jurisdiction. in stu-  
dijs generalibus cap. 36. à num. 1.  
usque ad n. 12. & à num. 44. usque  
ad num. 52.

56 Quoad mulieres Senatorum:  
Cabed. 2. p. decis. 86. Franch. de-  
cis. 416. Escobar suprà dict. §. 36.  
n. 54. Faber in suo codice lib. 3. tit.  
17. ubi Senatores, vel clarissimi de-  
finit. 3. vers. quas rationes. Barb.  
in l. quia tale num. 25. Narbon. in  
l. 9. gloss. 9. num. 22. tit. 26. lib. 3. re-  
copillation. Cabed. decis. 98. n. 30.  
& decis. 213. n. 16. p. 1. Cortiad.  
decis. 20. num. 121. cum seqq.  
Pascal. de patr. potestat. p. 4. cap.  
2. num. 7. Mastrilb. de magistra-  
tib. lib. 5. cap. 4. n. 70. ubi dicit  
uxores officialium justitiae gaude-  
re privilegijs maritorum.

57 Quoad uxores nobilium Xa-  
mar. de offic. judic. p. 2. n. 57. 65.  
& 66. Fontanell. de pact. nuptia-  
lib. tom. 2. clavisul. 7. gloss. 3. parti.  
5. q. num. 40. p. 1. 67. 68.

58 Quoad uxores militum mili-  
tum

tiæ bellicæ. Amaya in l. fin. num. 9  
cod. de incolis lib. 10. Tondut. de  
prævention. judic. cap. 29. n. 1. &  
3. Ciarlin. Forens. cap. 156. n. 10.  
p. 2. Dian. p. 6. tract. 1. resolut. 36.  
& tract. 8. resolut. 6. & p. 8. tract.  
7. resolut. 23. Beluga in speculo  
Principū rubric. 20. §. quia n. 20.  
Rovitus præmatica 15. n. 20. &  
præmatica 16. num. 4. de militib.  
Acacius de privilegio jur. Civil.  
lib. 2. cap. 4. num. 15. num. 16. cum  
seqq.

Generaliter de hac materia 59  
præter citatos agunt Pichard. in  
tract. de communication. nobilit.  
Prætor. Narbon. gloss. 5. l. 28. tit.  
1. lib. 4. recopil. Riccius colectan.  
2140. Fragoz. de regimin. reipu-  
blic. 1. p. lib. 3. disput. 6. §. 10. n. 179  
Borrell. in summ. decis. 1. part. iii.  
8. n. 26. Navar. in prax. ecclesiast.  
for. sect. 1. q. 47. Faber in suo co-  
dice lib. 9. tit. 20. de dignitatib. de-  
fin. 20. qui mile alios laudant te-  
nente privilegia maritorum, quæ  
mulieribus applicari possunt, ad  
illas extendi , quam sententiam  
tene, quamvis contrarium doce-  
ant, quoad forum: Barb. de jur.  
ecclesiastic. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 62.  
Delben. de immunitat. tom. 2. cap.  
4. dubit. 23. à n. 2. usque ad 23. Sä-  
cb. de matrimon. lib. 7. disp. 47. n.  
3. Bonacini. de leg. disp. 1. q. 3. pum-  
ct. 8. §. 2. num. 9. Trulench. in deca-  
log. tom. 2. lib. 7. cap. 22. dubit. 5.  
n. 16. Castro Palao tom. 1. tract.  
2. disp. 4. pumct. 2. num. 2. & tom.  
2. tract. 12. disp. unic. part. 2. n. 20.  
latissimè

- latissimè Pareyx. contrarijs respondens de ediction. instrument. tom. 2. titul. 2. resolut. 6. specie 6. a. n. 346. usque ad 410. Donatus resolut. quotidianar. cap. 58. n. 14.
- 60 Sententia nostra sic firmata, non obstant, quæ pro contraria cōmuniter adduci solēt: nam prīmō non obstat privilegia personalia de persona ad personam non extendi; quia respondemus, novū non esse privilegia, & leges etiam exorbitantes extendi ex identitate rationis, tametsi verba in suā proprietate locum non habeant, 61 ut docuit Barthol. in l. si constante matrimon. 25. ff. soluto à n. 37. Alexand. ibi n. 5. Barb. ibi n. 94. & 95. Tiraquel. in l. si unquam verb. libertis n. 44. cod. de revoc. 62 donation. imō vero ubi in diversis causis eadem ratio est, non dicitur extēsio, sed cōprehensio. Cartea de judic. tit. 1. disp. 2. n. 535. killud ff. ad l. Aquiliani l. illud cod. de sacrosanct. eccl. l. postulaverit §. 2. ff. ad l. Julian de adulter. l. quidū nummularios ff. de edend. §. pari ratione Inst. quib. mod. jus pair. potest. solvit. Card. in prav. judicum verb. lex n. 24. ubi dicit cum multis idē procedere etiā in legibus pānalibus: atqui ratio ob quā privilegia maritis cōcedūtur, invenitur in uxoribus: ergo nihil mirū, quod privilegia cōcessa viris extēdantur ad ejus uxores.
- 63 Restat tantū veritatem minoris ostendere, quod facilissime sit: nam

privilegia ex eā ratione concedūtur viris, ne cū caeteris currant vias ordinarias juris, quod minime illis contingere potuisset, si privilegia sua ad eorū mulieres nō extēderētur: quia cū vir sit caput uxoris; ex text. in cap. est ordo cap. mulieres 33. q. 5. cap. duo pueri de 64 dispensat. impuber, & inter virū, & uxorem sit indiyiduū damnū, & lucrum, si patitur uxor, virum etiam pati necesse est, si mulier ad alia judicia, & tribunalia vocare tur, virum etiam vocari, ac cogi illa subire judicia dicendum est, cum vir, & uxor sint individui socii, tam humanæ, quam divinæ societatis.

Maior verd probatur multis in 65 casibus, in quibus privilegia personalia, & realia extenduntur ex identitate rationis de unā persona ad aliam, de unā re ad aliam. De persona ad personam extenditur privilegiū; ut probatut per tx. in l. inter dīl ff. de minorib. ubi privilegiū restitutionis in integrū concessū minoribus propter lesionē extēditur ad eorū hāredes tx. in l. etiā in principio ff. de soluto ubi 66 privilegiū cōcessū marito, nē cōveniat, ultra quā facere potest, extēditur ad hāredē, id est, ad cōmūnē filiū ejusdē matrimonii, tū. in l. assiduis §. exceptis cod. qui potior. in pignor. habēat. ubi privi legiū prælationis dotis concessū mulieri trāsit ad filiū ejusdē matrimonii: tx. in l. sciendū ff. de verb. sign. ex quā deducitū, quod quā. 67 68

do facta est mentio in privilegio de  
hæredibus in plurali, transit ad  
69 hæredem hæredis, non vero quia  
id fit mentio in singulari; quia  
tunc non transit ad hæredem hæ-  
redis; ex l. antiquitas cod. de usu  
fruct. tx. in l. fin. cod. de fructib.  
& lit. expens. l. in sacris cod. de  
proxim. Sacror. Scrin. §. quoni-  
am lib. i 2 ubi privilegium litigan-  
ti prodest adversario; text. in l. pe-  
tendi cod. de temporib. in integr.  
restit. ubi privilegiū dilationis uni  
71 ex partibus concessū ad alterā ex-  
tēditur; tx. in l. ceterū 4. §. mulieri  
ff. de usu, & habitation. ubi usus  
72 domū mulieri relictus extēditur  
ad illius virū, qui potest cum ipsā  
habitare tx. in l. unic. cod. quando  
imperator; ubi privilegiū cōcessū  
pupillis extenditur ad omnes per-  
sonas, quae per administratores re-  
guntur; ex l. 2. ibi glos. verb. adoles-  
73 tentiū cod. de curatōrib. sūriōs ad  
Universitates, Cōmunitates, pios  
locos, & causas, quae per adminis-  
tratores reguntur. Carles de jude-  
tit. l. disp. 2. n. 532. de quo latius  
suo loco tx. in l. licet cod. de patr.  
ubi ex privilegio militari pactū re-  
74 ciprocū inter milites factū, ut ad  
eum, qui superstes fuisset res ejus,  
cuius casus sūriem vitæ attulisset,  
pertinerent, licet loquatur de mi-  
litibus, extēditur ad personas ma-  
gnificas: ex Dec. cōf. 326. n. 3. Ro-  
mans cons. 43. licet n. 45. Octavio  
Cacheran. in decis. servitūs Pe-  
darmoniani de cōf. 100. n. 450 et  
80 seqq. multis relatōis caputvariorū

teneat; tx. in b. ult. cod. de māndā-  
t. ubi dicunt DD. quod privilegiū  
in fori inhærens juri cesso trans-  
fit ad cessionarium, sed nō si inhe-  
reat cedenti. Rache. in apolēta  
utriusque juris verb. cesso, & his,  
que trādit Reynoz. obs. 2. n. 13.  
Cabed. 2. p. a. rest. 83. Pereyr. de aif.  
58. num. 27. latissimē Addicionat,  
ad Reynos. ad n. 12. & 13. ubi pri-  
vilegium per regiam Ord. lib. 2. 7  
tit. 20. §. ult. concessum non sol-  
vēdistributa equitibus Christi Do-  
mini militiæ extenditur ad milites  
Divi Jacobi, & Benedicti: tx. in l.  
1. de Episcopis ubi privilegiū, ne  
clerici ad hospitādū teneātur, ex-  
tenditur ad laicū cum ipso habitā-  
tem, & ad eus seruos perpetuos,  
& mancipia; ex Barb. ibi n. 3  
De re ad rem exidentitate ra-  
tionis extenditur etiam privilegiū,  
per tx. in cap. ex ore, ubi Ab-  
b. n. 4. de privilegiū ubi privilegiū  
exēptionis, licet non extēda-  
tur ad capellas exemptas, ex-  
tenditur ad ipsi monasterio subjectas  
Cardoz. verb. prīvilegium n. 22.  
tx. in cap. quia circa de privilegiū  
ubi privilegium generaliter, & in-  
definitē concessum ecclesijs uni-  
us civitatis, extenditur ad ecclē-  
sias posteā constructas. Cardoz.  
n. 2. text. in cap. cū oapillaē evi-  
titul: ubi privilegium cōcessum  
civitatibus, habet locum in vil-  
lis, & castris, quae jure p̄for.  
prio ip̄sis civitatibus sunt adges-  
soria. Avilles in capit. Prætorum  
cap. 6. gloss. itera p. 4: text. s̄lo  
cap.

- cap. quia circa eodem tit. ubi pri-  
82 vilegiū de decimis non solvendis  
de prædijs, extenditur ad futura.  
*Avill. in proem. gloss. illas n. 4.*  
text. in l. *incola ff. ad municipal.*  
leg. certa §. *hoc senatus ff. legat. i.*  
l. *prædijs §. fin. ff. delegat. 3.* ubi  
deducūt Doctores, quod privile-  
gium, ut quis nō teneatur solvere  
collectas de rebus suis, extenditur  
ad posteā quæsitas. *Avill. n. 9. ex*  
83 *cons. 47. tom. 4. Roland. n. 23.* ubi  
privilegium veri depositi secun-  
dum communem locū, extenditur  
ad deposita egredientia fines de-  
positi veri, & n. 24. ubi privilegiū  
depositi extenditur etiam ad de-  
positum concessionatum, licet  
idem *Roland. tom. i. cons. 17. n.*  
30 Contrarium doceat, qui eti-  
am eodem *cons. 17. n. 6.* dicit pri-  
vilegia depositi regularis militare  
in deposito irregulari. *Balmased.*  
*de collect. q. 59. n. 5.*
- CAPITULUM VI**
- Viduæ familiarium, officialium  
que. Sancti Officij. Utrum  
gaudent privilegio marito-  
rum? *privilegiorum offici-  
alium* *transit.*
- SUMMARIUM**
1. Privilegia personalia perso-  
nā non egreduntur.
2. Privilegiū alicui concessum,  
mortuū spiratio in inferno.
3. Cessat causa & cessat effectus.
4. Privilegiū ob dignitatem ma-
- lubrīto concessum, mortuo mar-  
to, extinguitur.
5. Viduæ commendatorū à sol-  
vendis gabellis non excusan-  
tur.
6. Similiter clericorum.
7. Viduæ in domo, & matrimo-  
nio maritorum durare, præ-  
sumuntur, &c.
8. Vidua, dum ad aliud pō trā-  
ssi matrimonij, conditionē,  
Privilegiū, & honorem ma-  
riti retinet.
9. Vidua nō tenetur ad solutio-  
nem collectarū, si ejus mari-  
tus ad eam non tenebatur.
10. Nec similiter palinodiām de-  
cūtare, sicut nō tenebatur.
11. Forum mariti retinet.
12. Privilegia maritorū perdu-  
rare in viduis multos docent.
13. Viduæ senatorū privilegijs  
auteriorum potiuntur.
14. Privilegium concessum offici-  
alibus reipublicæ ad eorum  
viduas transit.
15. Privilegiū, concessum intu-  
titur personæ, seu officij, viro,  
ad ejus viduanam extitaz.
16. Secūs si privilegiū sit conces-  
sum respectu honoris, seu dig-  
nitarissimū, negligitur.
17. Privilegium cessat cessante  
ministerio ob cuius respectum  
concessum fuit.
18. Paupertatis privilegia, ad-  
venientibus devitijs, cessat.
19. Cessionis beneficium, superve-  
niente pinguiore refutundā,
20. Cessat ad modum regalium de-

- 21 Privilegiū minoritati indul-tum, superveniente mario-tate, expirat.
- 22 Privilegiū agriculis dactū, cessante agriculturā, cessat.
- 23 Arti concessum privilegium, gerenti artem, seu officiū, tā-tūm concessum intelligitur.
- 24 Privilegium ob dignitatem, & honorem concessum, ce-sante dignitate non deffice-re, pulchrè ostenditur.
- 25 Mortuo viro adhuc dignitas viri in uxore resplendet.
- 26 Vidua inviduitate persistens est viva viri imago.
- 27 Privilegia ex merā gratiā concedentis procedentia in viduis minimē perdurant.
- 28 Secūs dicendum est de privi-legijs ob servitia, & bene-merita data.
- 29 Privilegium personis datum cum persona extinguitur.
- 30 Datum vero rei in successo-res rei transi.
- 31 Privilegium gratis conces-sum ad libitum revocatur.
- 32 Privilegium in dubio potius reale, quām personale ju-gulū dicatur.
- 33 Privilegia, quæ competunt ratione nudi ministerijs, aut officio silent.
- 34 Alter est afferēdū de illis, quæ competit honoris ca-tione, ut auditis in se.
- 35 Concessa ad tempus, tempore finito, denegata censentur.
- 36 Uxores viri nobilitate, & ra-

liqui dijs coruscant.

37 Vir, & uxor æquā lance pen-duntur.

38 Ab uxore commitente stu-prum post restitutum dotem, dos repeti potest.

39 Viduas familiarium, officia-liūque Sanctæ Inquisitionis privilegijs maritorū non gaudere tādem cōcludit.

**D**ubitari etiam potest: utrū viduæ officialium, familia-riumque Sanctæ Inquisitionis gāudeant privilegio maritorū vita functorum?

Ratio dubitandi est in promp-tu: nam privilegium prædictorū est personale; sed privilegium personale personam sequi-tur, & cum illa extinguitur: ex in-cap. privilegium de reg. jur. lib. 6. Cardos. in prax. verb. privili-gium n. 4. Sanch. Decalog. lib. 6. cap. 16. n. 19. Barb. in dict. l. quia tale ff. soluto motripon. plures alij accusati à Barb. in locis com-munib. literā P. n. 47. & ab alterō Barbos. de axiomat. jur. axioma 190. n. 5. Sperell. decis. 121. n. 61. ergo prædicto privilegio viduæ minimē gaudere debent.

Confirmatur primò supra posita ratio dubitandi ex eo; quia pri-vilegium concessum ratione of-ficij, finito officio, extinguitur. Probatur primò ratione, deinde authoritate, ultimò multis exem-plis. Ratio est; quia cum marito principaliter concedatur privile-gium

gium, & ab ejus persona dirivetur ad personam uxoris, mortuo eo, cui principaliter fuit concessum, in consequentiam extinguitur: ex regula cessante causa cessat effectus, deducta ex cap. cum cessante de appellationib. cap. magnæ in fin. de vot. leg. adigere 6. ff. de jur. patronat. l. si pater ff. de hæreditib. instituend. l. generaliter cod. de Episcop. & Cleric. l. cum te cod. de paœ. inter emptor. Bald. massed. de collect. q. 41.

Authoritas non deficit: nam ita tenet Bald. in l. 2. cod. de Episcop. & cleric. Dec. in l. in omnibus casibus ff. de reg. jur. num. 10. Hipolit. in leg. unica cod. de rapt. virgin. Roland. conf. 52. n. 40. lib. 2. prosequitur Tiraquell. tradit. cessante causâ 1. p. à num. 11. Barb. in dict. l. quia tale ff. de soluto n. 31. Reynos. observ. 3. num. 13. ubi asserit privilegia, quæ competit ratione officij, & dignitatis illi annexæ, mortuo marito, extingui. Cabed. 1. p. decis. 98. num. 3. & arrest. 71. sic judicatum refert & 2. p. decis. 213. n. 5. Delben. de immunit. tom. 1. dubit. 23. n. 13. cap. 4.

Exempla multa in nostro jure inveniuntur, quorum aliqua hic breviter narrabimus: primum sit viduarum commendatariorum, quæ ratione privilegij defunctorum maritorum non excusantur à tributis; ut tradit Reynos. dict. obs. 3. num. 15. & 16. & n. 17. alegat Cabed. 1. p. decis. 98, ubi nobis

refert viduam, cuiusdam commendatarij ordinis Domini nostri Jesus Christi fuisse condemnata ad solvendam gabellam, non obstante viri demortui privilegio, quo se munire intendebat. Coritiad. decis. 8. n. 111. Sit secundum viduarum clericorum, quæ simili modo non liberantur à tributis. Delben. de immunit. tom. 1. dub. 23. n. 13.

Sed privilegia officialium, familiariumque Sanctæ Inquisitionis fuerunt illis concessa ratione officij, ut patet ex tenore privilegiorum: ergo viduae illorum illis frui non possunt.

Confirmatur secundo supra posita ratio dubitandi ex eo: quia, si privilegia extenderetur ad viduas, daretur extensio de personis ad personas; sed ista non potest dari, ut multoties dicimus: ergo &c.

Pro parte affirmativa non modica existunt fundamenta, quibus difficilis redditur decisio praesentis quæstionis: Nam primum, vidua mariti præmortui conditionem, privilegium, & honorem sequitur, dum aliud matrimonium non celebrat. l. decurione 14. ff. de decurionib. l. filius §. vidua ff. ad municipal. l. feminæ ff. de Senatorib. tradit cum Otolor. Garc. Richard. Reynos. dict. observat. num. 1. Cabed. dict. decis. num. 1. ergo eo vitâ functo privilegijs intidebet. Carlev. tit. l. disp. 2. num. 63. & 66.

Confirmatur hujusmodi sim-

damentum, etiam ratione, autho-  
ritate, & exemplis, ratione, quia  
9 vidua abstinens à secundis nuptijs  
videtur in præteriti viri conjugio  
perdurare; ex l. in mulieres cod. de  
incol. lib. 10. l. ultima cod. de bon.  
matern. Ægid. de jur. & pri-  
vileg. honest. art. 5. num. 12. ex  
quā ratione inquit Avill. in cap.  
Prætorū cap. 1. n. 19. viduam gau-  
dere privilegio; Sperell. decis. 157.  
per tot. Carlev. de judic. tit. 1.  
disp. 2. num. 683. & Avillis docet  
gaudere privilegio, & similiter,  
viri in solutione collectarum, &  
10 tributorum, & n. 20. non tenere  
se disdicere, nec cantare palido-  
niam, si maritus ejus ad id non te-  
11 neretur, & n. 30. retinere forum, &  
privilegia in favorabilibus, & non  
ita in odiosis. Carlev. ubi suprà  
12 num. 682. cum seqq. Balmased.  
de collect. q. 41. per tot.

13 Adest etiam authoritas: nam  
viduas retinere privilegia mari-  
torum, & officij dignitatem non  
8 expirare eo finito in memoriam  
primi statūs, tenet Sous. in l.  
famine 2. p. num. 38. ff. de reg.  
jur. Carvalh. ad cap. Raynald.  
de testament. 2. p. num. 284. ubi  
loquitur in Bachalauro post de-  
positum eorum officium; ad cuius  
probationem est textus apertus  
in l. 1. cod. de advocat. diversor.  
judic. & in specie viduarum fa-  
miliarum, ac officialium Sanctæ  
Inquisitionis defendit Cutellus al-  
legatus à Cortiad. decis. 30. n.  
163.

Non desunt etiam plurima ex-  
empla, quibus id suadetur. Et pri-  
mò patet exemplo viduarum se-  
natorum, quæ gaudent eisdem  
privilegijs, quibus eorum mariti  
fruebantur; ex regia Ord. lib. 2. tit.  
59. §. 15. ubi Peg. tx. in l. 1. cod. de  
dignitatib. lib. 10. Reynos. dict.  
observ. n. 9. Barb. in d. l. quia tale  
n. 29. Secundò patet ex l. 18. tit.  
14. lib. 6. Ordinament. secundū  
quam immunitas concessa officia-  
libus regijs extenditur etiam ad  
eorum uxores viduas. Reynos.  
Barbos. ubi proximè, Cortiad.

His omnibus pro utrâque par-  
te maturè ponderatis, sub dupli-  
distinctione præsens dubium re-  
solvendum esse putamus.

Distingue igitur primò inter  
eum casum, quō privilegia com-  
petunt maritis ratione personæ,  
seu officij, & inter eum casum,  
quō privilegia competunt maritis  
respectu honoris, seu dignitatis;  
ita ut in primo casu afferendum  
sit viduas non guadere privilegio  
maritorum; in secundo affirman-  
dum illis juvari posse.

Quoad primum distinctionis  
membrum, probatur assertum ex  
l. semper §. negotiatores ff. de jur.  
immunit. quæ inquit negotiatio-  
res, qui annonam urbis juvant,  
etiam navicularanos, qui annonæ  
urbis serviunt, immunitatem à mu-  
neribus publicis consequi, quan-  
diū in hujusmodi actu sunt: & ge-  
nerale est in omnibus actibus, ar-  
tificijs, negocijs, muneribus, &  
officijs

officijs, ut privilegia illis conces-  
fa, tandiū solum durent, quandiu  
quis in illis se exercet, ut in dicto  
§. negotiatores, & in §. ult. ejusdem  
legis, & ibi Barthol. notabile 2. &  
in l. atlete in princ. ibi: quod in  
præductu sunt, & ibi gloss. verb.  
gentium ff. de execus. tutor. & in  
magnō jurium aparatu Tiraquell.  
de causâ cessante p. 1. n. 210. 213.  
& n. 227. Surd. decis. 224. num. 4  
facit l. qui sub pertextu cod. de sa-  
crof. eccl. Barbos. ad l. 1. ff. de  
soluto p. 7. num. 62. cum seqq. Al-  
meyd. de numer. quinar. cap. 5.  
n. 6. probat etiam tx. in l. cura §.  
deficientium ff. de munerib. & ho-  
norib. ubi privilegium propter  
paupertatem concessum, expirat  
auctis facultatibus: tx. in l. fin. cod.  
qui bona ceder. posse. ubi privi-  
legium cessionis bonorum cessat su-  
perveniente pinguiore furtunâ:  
tx. in l. titia scio §. cessuras ff. le-  
gat. 2. ubi privilegium propter mi-  
norem ætatem inductum, superve-  
niente ætate perfectâ finitur: tx. in  
authentica agriculatores. cod. qui  
res pignor. obligari poss. ubi privi-  
legium agricolis concessum, eo  
tempore durat, quo agricolæ fue-  
rint, & animalia aratoria habuerint:  
tx. in l. neminem cod. de consulib.  
lib. 12. ubi privilegium, quis non  
habet alicujus artis, seu officij, nisi,  
qui re ipsa gerit. Roland. tom. 3.  
conf. 79. n. 41.

24 Quoad secundum distinctio-  
nis membrum, probatur assertum  
ex eo; quia privilegium conces-  
sum ratione officij, cui annexa est  
dignitas, durat etiam finito offi-  
cio; ex tx. in l. unica cod. de magis-  
tr. sacros. Scrin. lib. 12. ibi: viris  
spectabilibus magistris omniū sa-  
crorum scriniorū nostræ benevolē-  
tiæ liberalitas tribuēda est, qui no-  
stræ quodāmodò adsidere magesta-  
ti videntur, idēque post depositum  
etiam officiū ab omni jurisdictionis  
onere, seu civilium, seu militariū  
judicū, prorsus immunes esse præ-  
cipimus, ut nec amplissima quidem  
sedetur culminis, eis nulla mole-  
stia supersuspicio, quolibet gra-  
vamine, privato, vel publico, peni-  
tūs injūgatur. Hoc beneficium ad  
proximos etiam sacrorum scrinio-  
rum, & ex proximis volumus pro-  
rogari, & ex tx. in hac nostra l. 2.  
cod. de præp. sacr. cubic. lib. 12. ibi:  
hac nostræ mansuetudinis æternæ  
lege sancimus; ut omnes cubicula-  
rii, qui de nostro cubiculo exeunt,  
antequā primū locū obtineāt, ex-  
cepto castrense, & cōmiti domorū,  
his privilegiis perfruantur, idēst,  
neque possessiones suas angarias,  
sive per angarias, veletiā per ave-  
rendos in posterū dispositione tui  
culminis, vel alicujus calūnia da-  
re coguntur, nè sordidis adstricti  
muneribus, decus ministerijs. quod  
militādo videbātur adepti, otij, tē-  
poris, & quietis amittāt. Unde cū 25  
dignitas viri quodammodo resplē-  
deat in uxore, & ista, dum se absti-  
net à secundis nuptijs, videatur in  
primo conjugio perdurare, restant  
aliquæ reliquiæ privilegij cōcessi;

quod

- quod quandoque non cessat propter reliquias, quæ remanent; ex l. fin. ff. de decurionib. l. etiam ubi Mansilius ff. de quæstionib. Roland. conf. 52. num. 52. cum seqq.
- 26 Sperell. decis. 157. per tot. ubi n. 17. dicit esse viduam veram, vivam viri imaginem, & retinere privilegia etiam exorbitantia.
- 27 Distingue secundò inter privilegia, quæ maritis competunt ex merita gratiâ concedentis, & inter privilegia, quæ maritis competunt, vel ratione contractûs, vel ratione solutionis servitiorum; ita
- 28 ut in primo casu verum sit dicere viduas, & hæredes illis minime favere posse; at verò in secundo è converso.
- 29 Affertio quo ad primam partem probatur ex l. l. §. permititur ff. de aquâ quotidiana. ibi & datur interdum prædijs, interdum personis; quod prædijs datur, ixtinctâ persona, non extinguitur; quod datur personis, cum personis amittitur, ideoquè nec ad alium dominū prædiorum, neque ad hæredem, vel qualemcumque successore transit.
- 30 Roland. tom. 3. conf. 13. ubi dicit privilegium concessum gratis à Principe ejus voluntate, & in vita privilegiato revocari posse.
- Suar. de legib. lib. 3. cap. 3. n. 17. cum seqq. & privilegijs, & legis natura est, ut possit à concedente, seu legislatore revocari sine causa. Cancer. 3. var. cap. 3. num. 150. in terminis Oliva de for. ec-

cles. 1. p. cap. 13. per tot. Pars autem secundæ distinctio-  
nis prælibatur: quia quandò pri-  
vilegium conceditur viro, vel  
propter contractum, vel propter  
solutionem servitiorum, vel pro-  
pter benemerita; tune tale privi-  
legium competit viduæ, & tran-  
sit ad hæredes, si verba privilegij,  
& subjecta materia non resistant;  
quia hujusmodi privilegium est  
indiferens, & secundum contra-  
ctum, vel benemerita, & verba  
concedentis, est judicandum, vel  
reale, vel personale, & in dubio  
potius reale, & transmissibile ad  
hæredes, quam personale. Can-  
cer. 3. var. cap. 3. à n. 150. usque ad  
n. 155. Barb. ad cap. sans 9. de pri-  
vileg. num. 8. Oliv. de for. eccles. 1.  
p. q. 3. per tot.

Distingue tertio inter privile-  
gia, quæ competunt maritis rati-  
one nudi ministerij, & inter pri-  
vilegia, quæ competunt ratione  
nobilitatis; in primo casu dic pri-  
vilegia non competere viduæ; in  
secundò contrarium tene. Quo-  
ad primam partem probatur: quia  
concessum ad tempus determina-  
tum, durat illud tempus, quod in  
privilegio continetur, & tempore  
illo transfacto, perditur privilegiū;

l. quoties cod. de præcib. Imperato-  
rib. offend. ubi Cynus, Barthol.  
& Bald. l. falso cod. divers. res-  
cript. quoniam concessio deter-  
minata operatur, ut quis non pos-  
sit illa uti, nisi secundum formam  
limitatam: lis, qui duos ff. de servi-  
tutib.

tutib. prædior. l. cum serv. ubi  
*Bald. ff. de contrah. emption.* ideo  
 privilegium concessum alicui  
 ob alias causam, seu propter  
 aliquod publicum officium, vel  
 ministerium, cessat cessante cau-  
 sa, officio, seu ministerio: *ex  
 cap. subjectum de decimis l. ge-  
 neraliter cod. de Episcop. & Cle-  
 ric. Quoad secundam: quia uxo-  
 res coruscant nobilitate, & ra-  
 dijs maritorum: *ex Authent. de  
 consulib. §. 1. collect. 4. & ex leg.  
 ultim cod. de nuptijs ibi: non pa-  
 timur in uno eodem cunnubio ma-  
 riti felicitatem uxore fieri infor-  
 tunium, ut quantum vir in altum  
 tollatur, tantum cōjux decrescat;*  
*absit itaque nostro tempore hujus-  
 modi asperitas, ut firmum māneat  
 matrimonium, & uxor marito  
 concrescat, & sentiat ejus fulgo-  
 rem; quod etiam post mortem pro-  
 cedere ait l. quoties 3. cod. deprivi-  
 leg. Scholar. lib. 12. ibi: vel eorum  
 conjuges, sive adhuc viverent ea-  
 rum mariti, sive post mortem eo-  
 rum in viduitate constitutæ sunt;*  
 & meritò: quia vidua, durante vi-  
 duitate, videtur esse in primo ma-  
 trimonio: *ex l. ult. cod. de bon. ma-  
 tern. quâ ratione tenet Ozas. de-  
 cis. 77. n. 13. 14. & 15. cum mul-  
 tis, quod vidua, cui dos fuit ref-  
 tituta per hæredes mariti, si dein-  
 dè post talem restitutionem stu-  
 dum commiserit, poslunt hære-  
 des dotem repetere: quamvis Ro-  
 land. libr. cons. 87. contrariam  
 habeat sententiam, quam rejicit**

Cald. forens.

Hi⁹ sic breviter distinctis ad 39  
 plura scitu dignissima in hac ma-  
 teriā decurrere potes, quae ex  
 præcedentibus doctrinis se se of-  
 ferunt ante oculos observari; &  
 ex primo membro primæ distin-  
 ctionis collige non gaudere pri-  
 vilegijs viduas omnium officia-  
 lium, qui propter officia non nobi-  
 litantur, & sic in nostra quæstione  
 resolve viduas familiarium eorum  
 privilegijs non gaudere; cætera  
 collige cum *Balmased. de collect.*  
*quæst. 41. per tot.*

## C A P U T . VII.

Filij an gaudeant privilegio pa-  
 trum?

## S U M M A R I U M .

- 1 Filios, filiasvè, qui sub sacris paternis existunt, patrum privilegijs muniri ostenditur.
- 2 Sunt corporis patrum veræ partes.
- 3 Filij equitum trium ordinum patrum privilegijs fruuntur.
- 4 Similiter filij clericorum con- jugatorum.
- 5 Pariter senatorum filij.
- 6 Incluso patre, includitur filius; & è contra.
- 7 Nobilitas patrum ad filios di- rivatur.
- 8 Patrum privilegijs non poti- untur emancipati filij.

- 9 Privilegiū cōcessum filijs, filiabus, & descendētibus, ad natos ex fæminis non extenditur.
- 10 Nisi sit fæminis concessum.
- 11 Mortuis patribus filij, filiævè familiarium, & officialium Sanctæ Inquisitionis eorum privilegijs non gaudent.
- 12 Filij illegitimi privilegijs parentum non gaudent.
- 13 Nepotes etiam in nostra specie privilegijs non fruuntur.
- 14 Jure communi attento aliquando poterunt.
- 15 Filij, qui in domo parentum non degunt, nec ejus expensis aluntur, privilegijs non mununtur.
- 16 Privilegium concessum monasterio, ut ejus monachi excommunicari non possint, comprehendit tantum monachos in illo existentes.
- 17 Filij naturales plebeiorum in nostro regno ejusdem utinuntur privilegijs, quibus legitimi potiuntur.

**F**iliij, filiævè officialium, familiariumque Sanctæ Inquisitionis gaudere suorum parentum privivilegijs, extra dubium esse videbatur: quia filius, filiavè dicitur pars corporis patris: *ex l. cum scimus §. fin. cod. de agricol. & censil. lib. 10. una, eademque personare reputatur; ex l. fin. cod. de impuber. ibi: non solū de jure, sed naturaliter, Almeyd. de num. quinar. alleg. 20. n. 1. ita tenet Fermosin. in cap.*

cum contingat q. 11. n. 6. de for. compet. Narbon. l. 20. gloss. 1. à n. 52. tit. 1. lib. 4. recopilation. Cortiad. decis. 8. n. 112. & decis. 30. n. 169. Confirmatur primò ex eo: quia filij equitum ordinum militarium gaudent privilegijs suorum parentum. *Delben. de immunit. ecclesiast. tom. 1. cap. 1. dubit. 11. sect. 4. & cap. 4. dubit. 23. num. 24. Dian. 3. part. tractat. 1. resolution. 7. Fermosin. in cap. 2. quæst. 14. num. 1. de judic. Squilante de privileg. clericor. cap. 7. dubit. 1. num. 13. & dubit. 2. num. 35. Cortiad. decis. 8. num. 113. licet Valasc. ad §. 6. reformationis justitiæ, contrarium teneat.*

Confirmatur secundò ex eo: quia filij clericorum cōjugatorum gaudent privilegio suorum parentum. *Delben. in dict. dubit. 11. num. 9. & dubit. 23. num. 14. cum seqq. Barbos. de jur. ecclesiastic. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 62. in solutione gabellarum, cæterorumque privilegiorum, quæ cum illis convenire poslunt.*

Confirmatur tertio ex eo: quia filij Senatorum gaudent privilegio suorum parentum etiam demortuorum: *ex Cabed. decis. 223. num. 11. licet contrarium doceat Cortiad. decis. 10. num. 121. Barbos. in l. quia tale 25. ff. soluto.*

Confirmatur quartò ex eo: quia sicut exclusus pater censetur, excludens